Cattiterides, ins. 10 in Oceano Indico, quæ Plin Caßiterides.
Cattiteris, insula in Oceano Indico.
Cattutari, siue Cartuarij, pop. Germaniæ.
Catuaci, populi sunt Galliæ Cæsari.
Catularia, porta Romæ dicta est; in qua placabatur Caniculæ sidus frugibus inimicum.
Catulus, nomen fuit aliquot nobilium Romanorum.
Catullus, Poeta Veronensis tempore Salustij in poematis cum lasciuus tum mordax.
Caturactonium, opp. est Britanniæ. Ptol. Vulg. Caerlcil
Caturiges sũt Italiæ Trãspadanæ pop. Pli. (o Candelia.
Catuza, pop. sunt regionis Thracum.
Catyeuchlani, pop. sunt Britanniæ. Ptol.
Cauana, ciuitas est Arabiæ felicis. Ptol.
Cauari, pop. Galliæ Narbonensis qui & Catari.
Caucarum. opp. prouinciæ Narbonensis. Pli.
Cauca, Hispaniæ vrbs. Ptol. aliter Conca, forte. Cuenca
Caucenses, pop. Hispaniæ à Cauca vrbe.

Caucana, portus est Siciliæ. Ptol.
Caucasus, mons alci ſ. Indiæ ad Septentrionem.
Caucaseus.a.um.adiect. Vt Caucasea rupes.
Cauchæ, campi sunt quos Tigris, flu. Secat. Plin.
Cauci, pop. sunt Hyberniæ insulæ. Ptol.
Cauchi, maiores & parui, popu. sunt Germaniæ. Ptol. Pueblo de Frisa entre los rios Vueſero y Amaſo az quēde el rio de Rin.
Caucon, flu. est Peloponnesi. Strab. lib. 8.
Cauconea, regio à Caucone rege aut fluuio dicta. Steph.
Caucones, pop. fuerunt incertæ regionis. Strab.
Caucones, pop. sunt Ponti Euxini. Ptol.
Caucones, Troianorum partium fuerunt Hom.
Caudini, populi sunt Hirpinorum in Italia. Plin.
Caudinus.a.ū.adiect. à Candio, vt Caudinæ furcæ. Luc.
Caudis, vel Caudium. Samnitum opp. in Italia. Liuio.
Caulinum vinum, id. 4. lapidem à Neapoli distat.
Caulici. populi iuxta Ionium sinum à monte sic dicti.
Caulon, mons est Calabriæ boni vini abundans.
Caulon, onis, oppidum Locridis, in ora magnæ Græciæ
Caulon, opp. in prima Italiæ regione. Plin.
Caumas, vnus è Centauris Ixionis filius. Bocuat.
Caunus, Cariæ opp. ad Calbim fluuiū Vulg. La roxa.
Caunus, insula est in mari Ionio.
Caunus, ciuitas est & Promont. Eubœæ insulæ.
Caunus, filius fuit Mileti frater Biblidis.
Cauphiaca, ciuitas est Persidis regionis. Ptol.
Caurium. Lusitaniæ oppidum. Ptolemæus. Aliter Caura. Vulgo Coria.
Cauros, insula cum oppido quæ prius Andrus, deinde Antandrus dicta est. Plin. lib. 4. cap. 12. Andro.
Caurus, ventus ab Occasu flans qui & Corus dicitur.
Caus, untis. vrbs Telphusiæ terræ in Arabia. Steph.
Causini, pop. sunt Mauritaniæ. Tingitanæ.
Causoli, pop. sunt Lybiæ interioris. (ceni.
Cauzara, siue Gazaca Regio Cappadociæ à qua Gaza-
Caycus, flu. Phrygiæ qui per Mysiam labitur.
Cayster, flu. Lydiæ, Sardibus proximus.
Caystrius, & Caystranus.a.ū. adiect. Strab. & Ouid.
Caystri campo, camporum omnium optimi, subiacent Sardi vrbi. Strab. lib. 13.
Caystros, Ioniæ amnis est iuxta Ephesum. Pomp. lib. 1.
Caystrus, fœm gen. vrbs est Ciliciæ mediterranea.
Cazymirus Brandemburgensis Marchio, ductor Exercitus Ferdinandi in expeditione contra Vngaros Euseb.

C A N T E E.

Cea, siue Ceos, insula est iuxta Eubœā. Plin lib. 4. c. 12.
Ceadus, fuit vir Thrax ex his qui Troianis auxilia mi
Cebani, pop. sunt Liguriæ in Italia. (serunt. Hom.
Cebes, Thebanus Philosophus, scripsit Dialogos tres qui inscribuntur Pinax. Diog. Laert.
Cebrenia, locus est Troadis regionis. Plin. lib. 5.
Cebreniam. Strabo scribit pro regione & vrbe lib. 12.
Cebrenij, pop. Thraciæ prope Arisbrim. flu. Strab.
Cebrion, filius nothus regis Priami. Hom.
Cecini, pop. sunt Lybiæ interioris.
Cecina, flu. est ad Volateras Pomp. lib. 2. Vulg. Cesena.
A. Cecinna. Volaterranus equestris ordinis Ciceroni familiaris, & cliens.
Cecina, alius Octauiani Cæsaris scriba. Cic. ad At.
Cecropia, oppidum à Cecrope conditore, nunc est arx diruta Athenis. Plin. lib. 7. c. 56.
Cecropia, portio est Atticæ regionis.
Cecrops, primus Atheniensium rex qui annis 50. regna-
Cecropidæ Athenienses dicti sunt. (uit. Vide.
Cecropis, idis. fœmininum patronimicum.
Cecropius.a.um.adiect. Vt Cecropius thymus. Verg.
Cecryphalea, promontorium seu insula Peloponnesi.
Cedar, regio est Arabiæ apud Esaiam.
Cedritiæ tabernæ, non à cædendo dictæ, sed à domini nomine, qui Ceditius vocabatur.
Cedras, siue Cedreæ. arum. opp. Cariæ, à quo Cedriatæ & Cedrei.
Cedrius, flu. est Sardiniæ insulæ. Ptol.
Cedrius, mons est proximus ab Ida Theophrasto. lib. 5
Cedropolis, ciuitas est Macedoniæ.
Cedropolis, olim pars erat Thraciæ Arist.
Cedropolis, opp. in Caria à quo Cedropolitæ.
Cedros, insula in Germaniæ litoribus Cedri genere syl-
Cedrosi, pop prope mare Rubrū. Steph. (uosa Peror.
Celadon, fuit vnus ex ijs qui in Persei & Andromades nuptijs interempti fuerunt.
Celadon, amnis est ignobilis in Alpheō influēs. Stra. li 8
Celadone, vrbs Locridis, gentile Celadoneus. Steph.
Celadusa, insula parua maris Adriatici. Plin. Proxima Ortygiæ, quam alij Artemicam vocant. Mela lib. 1. & 4 cap. 26.
Celadusa, insula est vna è Cycladibus.
Celandus, flu. est Galliciæ in Hispania, Pomp.
Celama, ciuitas est Mauritaniæ Cæsariensis.
Celemantia, ciuitas est Germaniæ. Ptol.
Celæ, es. insula adiacens Troadi. Plin. lib. 5 cap. 31.
Celenderis, ciuitas est Selentidis regionis. Ciliciæ.
Celendritis, idos regio est Ciliciæ prouinciæ. Plin.
Celæno, locus est Campaniæ Iunoni sacer. Verg. lib. 7.
Celænæ, vrbs quondā Phrygiæ caput. Liuio. lib. 8. belli Macedonici. Vulg. Maras, & Lucan.
Celæno, vna est Harpyarum, Neptuni & Terræ filia.
Celæno, infelix vates. i. nuntia infelicitatis Verg.
Celænorum iugum, mons est Galatiæ. Ptol.
Celeia, Noricorum opp. Plin. Vulgo Cilia.
Celer, Romuli fuit præfectus Ouidio in Fastis.
Celerini, pop. sunt Hisp. citerioris. Plin.
Celetæ maiores, pop. Traciæ iuxta montem Hemum.
Celetæ minores, populi Traciæ iuxta Rhodopem montem. Ptol.
Celethi, pop. Thesprotiæ vicini Thessaliæ. Steph.
Celetis, vrbs Bœotiæ, prope Armem. Steph (de Barri.
Celia. ciuit. est Appulorū. Peucetiorū. Celio. En tierra
Celida, opp. est Cyrenes. Ptol.
Celij, pop. qui à Gargano ad Brundusium coluere. Catō.
Celiobrica. ciui. est Hisp. Ptol.
Celius mons, & Celiolus lege Cælius, eum ædiphth.
Celæ, portus est, iuxta ostia Minoris flu. 10. Annio.
Cellinus, nutritius, fuit quondam Iouis. Ouid.
Celsa, opp. est Ilergetum in Hispan. Ptol.
Celsenses, pop. sunt citerioris Hispaniæ. Plin.
Celsitani, pop. sunt Sardaniæ insulæ. Ptol.
Celsus, plagiarius quidā, carmine Horatij notißimus.
Celsus, cognomine Cornelius medicus insignis, cuius medicinam habemus.

Celtæ, pop. sunt Galliæ inter Sequanā & Garunnam flu
Celtiaca, opp. est Hisp. conuentus Hispalensis. (uius.
Celtiberi, pop. Hisp. qui à Celtis originem ducunt.
Celtiberia, regio Celtiberorum iuxta Iberum fluuium.
Celtibericus, & Celtiberus. a. ū. adic. (Vul. Aragon.
Celtica, tertia Galliæ pars. Plin. lib. 4. cap. 17.
Celtica, Græcis dicitur quæ nobis Gallia.
Celtica, regio Bæticæ in Beturia. Hispa. Plin.
Celtici, Hispaniæ pop. à Celtis oriundi. Silio.
Celtici, pop. Bæticæ huius regionis. Plin. 3.
Celtici, cognomine præsamarci pop. Hisp. citerioris.
Celticū. Hisp. promōt. Vulg. Sācta Maria Finis terræ.
Celtogallia, omnes Galliæ partes complectitur.
Cemello, opp. Liguriæ in Alpibus situm. Ptol.
Cemeneleum, ciuit. in Alpibus litoris. Ptol.
Cemenis, regio est prope Cemenum montem.
Cemeneos, Græci eos montes vocāt, quos nostri Geben
Cemenus, mons qui per Galliam protenditur. (næ.
Cemmonus, mons est Alpibus continuatus, Strab.
Cemolus, siue Cimolus insul. est adiacens. Cretæ.
Cenabum, ciuitas est Carnutum in Gallia. Ptol.
Cenechreæ Peloponnesi opp. prope Corinthum.
Cenchreus. a. um. adiect. vt Cenchreæ manus. Stat.
Cenchris, apostolus comam totondit. Act. 18.
Cenchrius, Ioniæ flu. est non longe ab Ephesο.
Cenαusis, regio est Thraciæ.
Cenæ. es. ciuitas Aegypti. interp. vacua.
Cenæum, Eubœæ promontorium est Strab. 10. Vulgo.
Cabo Litar.
Cenæum, opp est in regione Locri le. Strab. lib. 9.
Cenæia, filia Cenæi, quæ Atalanta dicitur.
Cencrium, oppidulum est Peloponnesi. Strab. lib. 8.
Cenestritis lacus, iuxta Tiberiadem est. Steph.
Cenestum, opp. est Corsicæ insulæ. Ptol.
Ceneus, Thessalus Lapitha, quū multæ inter fuisset præ
lijs nunquam tamen lædi potuit.
Ceniccenses, pop. sunt Galliæ Narbonensis. Plin.
Cenina, vrbs vicina Romæ à Cenite conditore.
Cenienses, pop. fuerunt Ceniniæ inhabitatores.
Ceninus. a. um. quod ad Ceninam vrbem pertinet.
Cenites, viri proprium qui Ceninam vrbem condidit.
Cenomanni, Galliæ Celticæ siue Lugdunensis populi.
Los de Mans en Francia.
Cenomanni, Italiæ. opp. sunt in quorum agro Brixia.
Censii, pop. sunt Mysiæ superioris.
Censum. Eubœæ promont. versus Septentrionem.
Centauri, Ixionis & Nubis filij humana facie & equi-
no tergo, bimembres & semiferæ dicti.
Centauri, pop. Thessaliæ prope Pelium montem. Plin.
Centauri, primi equos domuerūt & cum ijs pugnarūt.
Centaurus, fluuius est, qui prius Euenus dicebatur.
Centinū, vrbs Vmbrorū in Italia. Ptol. hodie Sneniū.
Centobrica, ciuit. Hisp. à Q. Metello oppugnata.
Centrones, pop. sunt Galliæ Belgicæ. Vulgo. Los de Cēs
tron en el Obispado de Lieja.
Centumcellæ, oppidum Thuscorum. Vulgo Cintella.
Centumperanea, insula est in agro Sentinatum.
Centurinum, ciuitas est Corsicæ insulæ. Ptol.
Centuripe, dicitur Sicilio Silio. lib 15.
Cēturipe, vel Centuripinū, ciuitas est Siciliæ. Vulg. Cē
Cēturpini, Siciliæ pop. Latinæ cōditionis. Plin. (torbe.

Centus vicus est Arabiæ feliciis. Ptol.
Cenus, flu. est Galliæ Narbonensis. Ptol.
Cenys. idos, promont. Brutiorum in Italia.
Ceos, opp. est in Ionia regione Asiæ.
Cephalatomi, Colcidæ regionis pop. sunt. Plin. lib. 6.
Cephale, opp. ad Syrtim paruam. Ptol.
Cephalene, siue Cephallenia, insula est maris Ionij.
Cephallene, pop. sunt à Cephallenia dicti. (runt.
Cephalleniā, plerique Dulychiū, aliqui Tachium appella
Cephalœdis, Siciliæ ciuit. est mariti. Ptol. Vulg. Cifalu.
Cephalœdis, Siciliæ flu. est Plin. lib. 3. cap. 8.
Cephalenia, ins. est in eo mari, in quo Zacinthus.
Cephalonnensis, in sinu Carcinte. Plin. lib. 4.
Cephalus, Aeoli filius Auroræ dilectus. Ouid.
Cephalus, Atheniensis orator primus Proœmia & epi
logos induxit. Suid.
Cepheus, vel Cephus, rex Aethio. Phœnicis filius & An
dromedæ pater, Ouid. 5. Metam.
Cepheus, sidus cæleste, oritur in. 15. parte Capricorni.
Cephis, statuarius nobilis fuit. Plin. lib. 34. cap. 8
Cephisia, fons est Atticæ regionis. Plib. lib. 5. cap. 7.
Cephisis, lacus est iuxta mare Atlantium.
Cephisodorus, Atheniensis tragicus fuit. Suid.
Cephisodorus, statuarius Praxitelis filius.
Cephisodorus, vnus inter præcipuos pictores. Plin.
Cephisodotus, Atheniensium dux fuit. Suid.
Cephisos, flu. sex ponit cognomina. Strab.
Cephisus, flu. Bœotiæ ortū habens in radicibus Parnas
Cephisus, flu. est Phocidis in sinu Argolico. (si.
Cephisus salaminius, Cephisus Atheniensis.
Cephisus Sycionius. Cephisus Schyrius.
Cepiana, ciuitas est Hispaniæ. Ptol. (Valer. Max.
Cepio, Romanus ciuis qui cū Druso inimicitias habuit
Cepio, Catonis Vticensis frater dictus est.
Cepio, Seruilius Consul Romanus Hispaniam, duce Vi
riato, rebellantem pacauit.
Cœpe, opp. est Bosphori Cimmerici. Plin.
Ceramicus, Cariæ sinus est prope Halicarnassum.
Ceramici, loci duo fuerunt Athenis. Suid.
Ceramicus, locus est Atticæ regionis præaltus. Suid.
Ceramienses, popu. sunt Cariæ conuentus Chrysaorei.
Ceramiuni, locus Romæ, in quo Cicer. & Milo domū
habebant, Cicer. ad Atticum. lib. 4.
Ceramus, ciuit. est Asiæ minoris. Ptol.
Ceramus, opp est Arconnesi. Plin. cap. 31. 6 cap 7
Ceramyntes, à Græcis Hercules cognominatus, Cæl. lib.
Cerasehryseon, promont. iuxta Byzantium.
Cerastæ, insulæ sunt à latere Arabiæ prope Syenem, *
quæ in fine est Aethiopiæ. Plin. lib. 5. cap. 9.
Carastis, prius dicebatur, quæ postea Cyprus. Vulgo.
Chipre. (Vulgo Zephano.
Cerasus, untis, ciuitas est Ponti Capadocium. Plinio.
Cerathus, flu. Cretæ Gnossū vrbem præterlabēs. Vir.
Cerathus, vrbs Cretæ sic à præterlabente fluuio dicta.
Ceraunia, altissimi montes sunt Epiri. Vulgo. Montes
de Chimera.
Ceraunij montes sunt Sarmatiæ Asiaticæ. Ptol.
Ceraunij, pop. sunt Lyburniæ regionis. Ptol.
Ceraunia, insu. sunt iuxta Lyburnidas.
Ceraunus, amnis claru Capadociæ. Plin. lib. 6.
Ceraunus, cognomen fuit cuiusdam. Ptol. Plin.

Cerbalus.flu.est Apuliæ.Plin.lib.3.c.11.
Cerberus,canis triceps, apud Inferos stupendæ immanitatis.
Cerberus.a.um.adiect.vt Latractus Cerbereus.Stat.
Cerbesia:fossa quondam fuit in Phrygia.Strab.lib.12.
Cerbica,opp.Africæ inter Bragadam & Tritonem.
Cerphus,filius Poleadax,à quo Rhodiæ mulieres.Cercaphides.Steph.
Cercasorum,vrbs est in Aegypto.Herod.lib.2.
Cercets,Nympha Oceani & Tethyos filia.Hesiod.
Cercene,ciuitas est Atlantidum.Herod.lib.4.
Cercesura,ciuitas est Lybyæ ad Eudoxi speculas.Step.
Cercete,pop.sunt minoris Armeniæ.Plin.
Cerceti,Montes sunt Thessaliæ.Plin.lib.4.cap.7.
Cerceti,pop.iuxta Pontum Euxinum.
Cercetenis,sinus est in Sarmatia Asiatica.Ptol.
Cerceteus,mons in Samo insula Ioniæ.Strab.lib.12.
Cerciæ,insula est Epheso vrbi adiacens.Plin.lib.5.
Cercidas,optimis legislator Megalopolites fuit.Steph.
Cercina,insula ex aduerso Africæ ad Syrtym minorem
Cercinitis,per parua insula Cercinæ proxima.
Cercion,rex fuit Thessaliæ,qui filiam habuit Alopem.
Cercopeni,pop.sunt conuentus Synnadeæ.Plin.
Cercopes.duo fratres fuerunt Passalus & Achemon.
Cercopes,lan ones Lydiæ quos Hercules sustulit.
Cercopia,ciuitas est Phrygiæ maioris.Ptol.
Cercopon hedræ.i.molitiosorum sedes.Herod.lib.7.
Cercyon,latro insignis,quem Theseus intermit.
Cercya. Phæaciæ siue Corcyræ nomen fuit antiquitus.
Cerdanitæ,pop.fœlicis Arabiæ.Steph.
Cerdo,nomen fuit hæretici,à quo Cerdoniani.
Cerdonia,ciuitas est Italiæ.Strab.6.
Cerealis,opp.est Hispaniæ.Plin.lib.3.c.17.
Cerealia,dicuntur sacra Cereris à Triptolemo instituta.Plin.Thesmophoria Plut.Adonia.
Cereatæ,populi sunt Italiæ.
Cereiti,populi sunt ad Pontum.
Ceressus,opp.est Hispaniæ.Ptol.
Ceretani,populi Hispaniæ sunt.Plin.& Strab.
Ceres,Saturni & Opis filia,frugum inuentrix.
Ceres,dicitur à creando,& alma Ceres ab alendo.
Ceresi,populi sunt Galliæ,Cæsari in commentarijs.
Cereti,opp.fuit Thuscorum non longe,à Tarquinijs.
Ceriada,vicus in Hippothoontide tribu.Steph.
Ceriana,ciuit.est Hisp.Ptol.Aliqui existimant esse Cæsceres.
Cerilli,pop.sunt Italiæ iuxta Thurios.
Cerinthus.opp.est Eubœæ.Plin.
Cerinthus,hæreticus asserebat regnum Christi futurũ voluptuarium fore.Euseb.
Cermalus,locus in vrbe sic nominatus.Fest.
Cermorum,opp.est Mygdoniæ in Macedonia.
Cerna.insu.est maris Aethiopici.Plin.
Cernetani.Mariani.pop.sunt Italiæ.Plin.
Cernetum,opp.est Italiæ.Plin.lib.3.cap.5.
Cerones,pop.sunt Britanniæ.Ptol.
Cherophæi,pop.sunt Africæ.Ptol.
Cerosunum,opp.est Corsicæ insulæ.Ptol.
Cerretani Augustani,pop.sunt Hispan.Citerioris.
Cerretani,Iuliani,pop.sunt eiusdem Hispaniæ.Plin.li.3
Ceretanus.a.um.nomen est possessiuum à Cerretanijs.
Certissa,ciuitas est Pannoniæ inferioris.Ptol.
Ceruaria,opp.est Galliæ Aquitanicæ finis.Vul.Colibre
Ceryma,ciuitas est quæ supra Caryma.
Cesada,ciuitas est Hispaniæ.Ptol.
Cesena,opp.in octaua Italiæ regione.Plin.
Cesiæ,litus est in Corsica insula.Ptol.
Cesperia,vrbs fuit Sabinorum.Virg.
Cessa,opp.in Iberia à quo fit Cesseus adiecti.
Cessero,opp.Galliæ Narbon.Plin.Vulg.Castres.
Cestria.Epiri opp.est Plin.lib.4.c.1.à quo.
Cestrini & Cestriæ eius oppidi incolæ.
Cestrus,flu.est Pamphyliæ.Strab.
Cetaria,ciuitas est Siciliæ insul.Ptol.
Cetariæ,loca iuxta mare lacu stagnante in quibus capiũtur pisces.
Cetirizis,promont.est iuxta Cyaneas insulas.
Cethegus,Consul fuit cum.P.Tuditano.Cicer.
Cethis,flu.est Carmaniæ regionis.
Cetiæ,insulæ in sinu Argolico.
Cetij,pop.sunt inter Cilices & Pelasgos.Strab.
Cetis,regio est Ciliciæ.Ptol.
Cetius, mons est inter Pannoniam & Noricum. Ptol. Vulg.Calemberg.
Cetœssa,ciuitas est Peloponesi,quæ & Lacedæmõ.Str.
Ceus,siue Cœus,vt quibusdam placet,Titani & Terræ filius.Virg.4.Aeneid.
Ceutrones,populi sunt inter Alpinas gentes.Los de Tarentasia en Saboya.

C ANTE H.

Chaa Peloponnesi vrbs Lepræo vicina.Strab.lib.8.
Chaala,vicus est Aegypti.Strab.lib.16.
Chabala,ciuitas est Albaniæ.Ptol.
Chabareni,pop.circa Calyben habitantes.Steph.
Chabath,opp.est Mauritaniæ Cæsariensis.Ptol.
Cabathanum,opp.Cathramotitarum.
Chabax.locus munitus Amisenæ regionis. Strab.li.12.
Chabora,ciuitas est Mesopota.ad Euphratem.Ptol.
Chaboras.flu.Mesopotamiæ Euphratem influens.
Chabria.vicus est Aegypti iuxta Arabiam.Strab.
Chabrias. Atheniensis philosophus & Imperator clarissimus.
Chabrius.flu.est Macedoniæ.Ptol.
Chabuata,ciuitas est Arabiæ fœlicis.Ptol.
Chalaæni,pop.sunt Germaniæ in Scandia.Ptol.
Chadaca,ciuitas est Albaniæ.Ptol.
Chadisia,vrbs Leucosyrorum,ciues Chadisij.Steph.
Chadramotiæ, populi iuxta Indicum Perionis fluuij accolæ.Steph.
Chænides,pop.sunt Sarmatiæ Asiaticæ.Ptol.
Chærecla,opp.mediterr.est Cyrenes.Ptol.
Chærenon,fuit comicus natione Græcus.Suid.
Cherephon,fuit Atheniẽsis philosophus.Socratis auditor
Chæris,cithrædus ineptus fuit, de quo Aristophanes.
Chæronea,Bœotiæ vicus Plutar.Chæronei patria.
Chetæ Paraxiæ,ciuitas est Macedoniæ.Ptol.
Chetuori,pop.sunt Germaniæ.Ptol.
Chalachana,ciuitas est Syriæ Adiabenæ.Strab.
Chalambrij equi à loco Lybyæ sic appellantur.Steph.
Chalame,ciuit.est Percidis,quæ nun dicitur Vetisi.
Chalastra,ciuitas est Macedoniæ maritima.
Chalastra, vrbs est Thessa.litoralis iuxta Axium.flu.
Chalastra,à proximo portu sic appellata est.
Chalastricus.a.um.adiect.vt Chalastricum nitrum.
Chalatusa,ciuitas est Arabiæ desertæ.Ptol.

Chalce.es.insula est cum oppido circa Rhodum.Plin.
Chalcedon,oppidum Asiæ ad Bosphorum Cimmerium Vulg.Calcedonia.
Chalceritis,insu.est Ponti alio nomine Aria.
Chalcetor,castellum.est Cariæ regionis.Strab.lib.14.
Chalcetorion.vrbs Cretæ,ciuis Chalcetorius.Steph.
Chalcia,insula est vna è Cycladibus.Plin.lib.4.
Chalcide ad Belum,ciuitas est Syriæ cæles.Plin.
Chalcidene,fertilissima regio est Syriæ cœles.Plin.
Chalcidenses,pop.sunt Eubœæ.Herod.lib.4.
Chalcides,isthumis Chersonnesi teiorum.Strab.lib.14.
Chalcidica regio est Macedoniæ.Ptol.
Chalcidica,regio est cauæ Syriæ.Ptol.
Chalcidius.a.um.nomen gentile & nomen Philosophi.
Chalciope,filia fuit Eurypyli,quæ ex Hercule Thessalū peperit. (lonia.
Chalcis,Eubœæ insulæ vrbs, Atheniensium vetus Co-
Chalcis.idos.mons est & oppidum Aetoliæ.Hom.
Chalcis,insula est ante Aetoliam.Plin.lib.4.cap.12.
Chalcis,ciuitas est Achaiæ mediterranea.Ptol.
Chalcis,ignobilis flu.est Peloponnesi.Strab.lib.8.
Chalcis,locus profundus & cauus ad montem Ath.
Chalcidicus.a.ū.qui est ex Chalcide vrbe,vel ex Chalcidia regione.
Chalcitis,insul.est contra fauces Rhyndaci amnis.
Chalcorychia,sunt metalli fodinæ in Mauritania Cæsariensi.Ptol.
Chalдæa,Asiæ maioris regio Arabiæ contermina.
Chaldæi.pop à Chaldæa,quorum caput est Babylon.
Chaldæi,intra cōfluentē Tigris & Euphratis habitāt.
Chaldæi, Assyriorū magi ex gentis vocabulo dicūtur.
Chaldæus,& Chaldaicus.a.um.adiectiua.
Chaldia,regio Armeniæ incolæ Chaldi.Steph.
Chalestra.vrbs Thessaliæ litoralis.Steph.
Chalæus,ciuitas est è regione Achaiæ. Vul.Asprospiti.
Chali,pop.sunt Germaniæ magnæ.Ptol.
Chaliba,ciuitas Paphlagoniæ,quæ prius Alyba.
Chalonitis,locus vnde Tigris Mersus erumpit.Strab.
Chalusus,flu.est Germaniæ.Ptol.
Chalybes,pop.sunt Ponti iuxta Thermodoontem flu.
Chalybes,pop.sunt Paphlagoniæ proximi.
Chalybon,ciuitas est Syriæ Phenices,à qua.
Chalybonitis,regio Syriæ Phœnices.Ptol.
Chalybs,flu.est Hisp. in quo ferrū optime temperatur.
Chamos,deus erat Syriorū,qui & Beelphegor dicitur.
Chanes.e.flu.est in Cyrium amnem cadens.Strab.
Chaonia,ciuitas est Mediæ.Ptol.
Chaones,pop.Epiri à quibus Chaonia regio dicta.
Chaonia,ciuitas est Syriæ.Commagenæ.Ptol.
Chaonia,regio est par Alpestris Epiri.
Chaos,est rudis inordinataq; materia confusa cōgeries
Characene,regio est mediterranea Ciliciæ.Ptol.
Characene,regio est Susianæ.Ptol.
Characmoba,vrbs Palæstinæ,inde Characmabenus.
Charadra,ciuitas est Peloponnesi.Strab.
Charadrus,locus est Nauium statio prope Ciliciam.
Charadrus,ciuitas est Syriæ.Plin.lib.5.cap.20.
Charandæi,pop sunt iuxta Pontū.Orpheo in Argonau
Charax,opp.est Tauricæ chersonnesi. (ticis.
Charax,locus est quo Chartaginenses emporio vtebantur.Strab.lib.17.

Charax,ciuitas est Armeniæ minoris.Ptol.
Charaxes,fuit patria Mitilenæus & Saphus frater.
Chares, Atheniensium dux, ad promittendum facilis & promptus fuit.Suid.
Chares Lyndius statuarius Lysippi discipulus.Plin.
Chariata,ciuitas est Arabiæ fœlicis.Ptol.
† Charidemum,promontorium est Hispaniæ.Ptol.Vulg. Cabo de Gata.
Charidemus,dux militū Cersobleptæ Thraciæ Regis.
Charilaus,dux Lacedæmoniorum Tagæatas superauit.
Charimatæ,pop.iuxta Pontum.Steph. (Pausan.
Charindas,flu.est Mediæ regionis.Ptol.
Charini,pop.Germaniæ in Vindelicia.
Charinuta,portus est Arabiæ.Diod.lib.4.
Charasius,Atticus orator,de quo Cic.in Bruto.
Charisius,nomē cuiusdā Grāmatici à Prisciano allegati
Charistus,flu.est Colchidis regionis.Ptol.
Charites, siue Gratiæ, tres sunt Aglata quæ & Pasithea, Thalia Emphrosyne, sic dictæ, quod aliorum beneficia suscipere,& in alios benefici esse debeamus
Charmione, Cleopatræ ancilla, spontaneam Dominæ mortem imitata.Plut.
Charmonia,Hispa.vrbs.Ptol.Carmo.Strab.dicta.
Charon, Herebi & Noctis fuit filius. & nauta Acherontis. (lib.2.
Charon, historicus Lampsacenus scripsit Aethiopica.
Charon,Chartaginensis historicus,scripsit de vitis virorum & mulierum illustrium.Suid.
Charon, Naucratita, historicus scripsit de sacerdotibus & regibus Aegypti.Suid.
Charonia,regio est circa Hierapolim quæ Charaea Str.
Charoniū,antrū natura mirabile inter Tralles & Nisā
Charopes,vir Troianus Gippasi filius,& Soci frater.
Charopes,nomen cuiusdam inter Epirotas primarij.
Charundas, nomen viri qui Atheniensibus leges dedit.
Charta,vrbs Tyri,ex qua Dido ducta fertur.
Charudes,pop.sunt Germaniæ magnæ.Ptol.
Charybdis,locus est periculosus in freto Siculo. Vulg. Galofaro.
Chasira,ciuit.est iuxta Euphratem Armeniæ maioris.
Chatrachanta,ciuitas est Assyriæ.Ptol.
Chatrammititæ,pop.sunt Arabiæ fœlicis.
Chatteria,regio est Gerrhæorum.Steph.
Chaubi,pop.sunt Germaniæ.Strab.lib.7.
Chauni.pop.Thesprotiæ.Steph.
Chaulasij,pop.sunt Arabiæ iuxta Nabatæos.Strab.
Chauon,regio Mediæ,inde Chauones.Steph.
Chaus,fluuius est Cariæ regionis.
Cheanitæ, populi sunt iuxta Trogloditas Septentriones.Strab.lib.11.
Chelidone,insulæ duæ sunt contra Tauri promontoriū adiacentes Lyciæ.Strab.
Chelidonij,populi sunt Illyriæ.Steph.
Chelidonium.est Tauri montis promont.Plin.
Chelen,locus est Diod.lib.5.de gestis Thesei.
Chelonides,paludes sunt in Libya interiori.Ptol.
Chelonites,sinus est in Elide regione Peloponnesi.
Chelonitides,insul.in sinu Arabico.Plin.lib.6.c.28.
Chelonophagi,in Carmaniæ angulo sunt, Pli.li.6.c.25.
Chernessus.iuxta Corinthum est.Steph.
Cherronesus,siue Chersonnesus peninsula est.

Chersius.

Cherseus, flu. est Syriæ coeles. Ptol.
Chersidamas, vir Troianus, quem Vlysses intermit.
Chersonesus in Hisp. citeriori, nunc Peniscola.
Chersonesus. ciuitas est Cretæ ins. Ptol. Vul. Altemura
Chersonesus, ciuitas est Sardiniæ insulæ. Ptol.
Chersonesus, ciuitas est Siciliæ insulæ. Ptol.
Chersonesus, Syriæ ciuitas quæ alias Apamea. Ste.
Chersonesus, vna ex insulis quæ Africæ Adiacēt. Ptol.
Chersonesus Zenonis in Teurica Chersoneso. Ptol.
Chersonesi insignes, quatuor paßim memorantur.
Chersonesus Taurica. i. Euxino & Mæotide Thraciæ.
Chersonesus aurea, supra Gangem iuxta sinū qui Magnus, Ptol. dicitur.
Chersonesus Cymbrica, Septentrionalis, quæ Daniam habet. Vul. Dinamarca.
Chersonesus, promont. est Arabiæ felicis. Ptol.
Chersonesus. Ptol. est promont. Eubœæ insulæ.
Chersonesus promont. est Achaiæ. Ptol.
Chersonesus, dicta est Asia minor bonis Auctoribus.
Chersonesus parua, portus Mareotæ nomidis. Ptol.
Chersonesus Rhodiorum, in regione Caria. Steph.
Chersonesus, iuxta Abydon Hellesponti.
Cheroobalus, ciuitas est Pannoniæ superioris. Ptol. Vul. Gariburgen Austria.
Cherubin. gen. neut. pro illo angelorum choro capitur.
Cherusci, pop. sunt Germaniæ circa Albin flu.
Chesion, oppidolum Ioniæ. vnde Chesicus. Steph.
Cheßinus, flu. est Sarmatiæ in Europa. Ptol.
Chesius flu. Sami insulæ Ioniæ. Plin.
Chesopolis, opp. est regionis Ioniæ. Plin. lib. 5.
Chetiræ, ciuitas prouinciæ Narbonensis corrupte legitur pro Bætire. Vulg. Besiers.
Chettæa, vicus est Libyæ Marmaricæ. Ptol.
Chia, puellæ nomen est Horat. in Carminib.
Chia, insula est & ciuit. in ora Ioniæ quæ & Chios. Vulg. Scio.
Chidæ, ciuitas est Lyciæ. credo esse Lyde: vt in Ptol. Græco habetur. Vulg. Giua.
Chidnæi. pop. sunt iuxta Pōtū Orpheo. in Argonauticis
Chidorus, flu. est Macedoniæ per Mydoniam fluens.
Chiliocomium, planicies est prope Diacopenam. Strab.
Chilo, philosophus Lacedæmonius vnus. 7. sapientum.
Chimeta, mōs est Lyciæ igniuomus, Poëtis notißimus.
Chymera, mons est Lyciæ: Latinis Capella dicitur.
Chymera, castellum Epiri in Acroceraunijs. Plin.
Chimera, vrbs Siciliæ, gentile Chimeræus. Steph.
Chimerij, pop. sunt Asiæ Amazonibus proximi.
Chimerium, Phthiotidis mons in Thessalia. Plin.
Chimo, vicus est in Meriotæ nomidis in Aegypto.
Chinna, ciuitas est Dalmatiæ mediter.
Chinaphala, flu. mauritaniæ Cæsariensis.
Chione, nobile Scortum fuit dictum à Candore: Chion. n Græce niuem significat. Mart. lib 5.
Chione fuit filia Dædalionis. Ouid. lib. 11. Metam.
Chios, insula est cum oppido ad oram Ioniæ. Vul. Scio.
Chios, ab Ionibus condita est. Herod. 2.
Chios, aliqui quadrigeminam vocant, vt sit prima.
Chios insula. 2. Cariæ vrbs sub monte Pelleno.
Chios 3 in Eubœa. 4. in Chersonneso Rhodiorum.
Chius. a. um. adiect. vt vinum Chium, & cadus Chius.

Chiriphæ, ciuitas est Babyloniæ. Ptol.
Chirocrates, nom. architecti, qui aliquibus Dinocrates
Chirogilium, insula est. Plin. lib. 5. cap. 31.
Chiron, Centaurus, Saturni & Phillyræ fuit filius.
Chironium hulcus, sic dictum quod Chironis operam desideret.
Chiron, a superis in Zodiaco locatus Sagitarū appellatur.
Chitone, apud Epicharmum Diana est. Steph.
Chlamydia, insula est inter Cycladas. Plin. lib. 4. quæ postea Delos. Vulg. Sdiles.
Chloris, filia fuit Amphionis quæ Neleo nupsit. Hom.
Chloris. Nympha fuit à Zephyro dilecta quæ & Flora
Chloris, Dea florum à Poëtis fingitur. Claud.
Chlorus, flu. est Ciliciæ prouinciæ. Plin. lib. 5. c. 27.
Chomis, ciuit. est Aegypti. Ptol.
Chona, ciuitas est Parthiæ. Ptol.
Choana, ciuitas est Mediæ regionis. Ptol.
Choarina, regio est Bactrianorum iuxta Indiam. Strab.
Choastra, ciuitas Mediæ. Ptol. Græca habent Locastra.
Choatræ, pop. sunt circa Mæotim. Plin. lib. 7.
Chobata, ciuitas est Albaniæ regionis. Ptol.
Choca, ciuitas Arabiæ desertæ iuxta Mesopotamiam. Ptol. Græca lectio habet coche.
Chœreæ, prope Erethriam fanum Aegilia. Herod. lib. 6
Chœrades, vrbs Mosynecorū, gentile Cheradeus. Step.
Chœrilus, Samius Poeta, exceptus est puer à Herod. historico.
Chœrades, scopuli marini circa Hellespontum. Steph.
Chorineus, peritus isculptor. Virg. lib. 9.
Cholargus, vicus in Acamartide tribu. Steph.
Chol nadara, ciuitas est Syriæ ad Euphratem. Ptol.
Cholimna, ciuitas est Armeniæ maioris. Ptol.
Choloe, ciuit. est Ponti Galatici in Cappadocia. Ptol.
Cholona, ciuitas est Armeniæ maioris. Ptol.
Cholonata, ciuitas eiusdem Armeniæ. Ptol.
Choma, ciuitas est Lyciæ. Ptol.
Chomas. æ. flu. est Lyciæ. Plin. lib. 5. cap. 27.
Chompso, insula Nili, inter Aethiopiam & Aegyptum.
Chon. Hercules Aegyptiorū lingua nuncupatus. Strab. & Steph.
Chone, vrbs Oenotrorum. Strab. lib. 7.
Chonia, regio Italiæ quæ sic Aenotria dicta.
Choninepus. flu. ex Nilo Delon transmissus.
Chonis. opp. Lucaniæ, vnde Chones dicti. Strab.
Choramnæi, syluestres pop. Persidis. Steph.
Chordiraza, ciuit. est Armeniæ. Strab. lib. 19.
Choris, flu. est Batauorum in Germania.
Chorodna, ciuitas est Persidis regionis. Ptol.
Chorœbus, Atheniensis primus figulinam inuenit.
Chorœbus, fuit adolescens, de quo Ver. lib. 2. Aeneid.
Choromithrene. regio est Mediæ. Ptol.
Chorsa, ciuitas est Armeniæ maioris. Ptol.
Chosroes, rex Persarū, cuius Vitam describit. Suidas.
Chorbasa, opp. Africæ sub Adrimitto. Ptol.
Chranæ, ins. adiacens Sunio Atticæ promont.
Chremes, nomen est senis apud Terentium.
Chrestus Byzanzius, inter Sophistas numeratur. Phi.
Christodorus, è Copto Aegypti vrbe Poeta, scripsit Isaurica. Sui.
Chrystodorus, alius Thebanus, de Cosma & Damiano scripsit.

Chromis,

Chromis, Herculis fuit filius, Lactantio auctore.
Chremios, filius fuit Nelei & Cloridos.
Chromios alius fuit Priami filius, à Diomede interfect9
Chromius, vir Argiuus de quo Herod.lib.1.
Chroi a.orum. sunt Saturni festa melius Chronia.
Chrysa, ins.est prope Cretã, à qua Chryses & Chryseis
Chrysa, vrbs Troadis, in qua Apollinis Sminthei delubrum fuit. Strab.
Chryse, ins.est Indiæ contra Tamon Promont.
Chrysia. flu.est agri Syracusani.
Chrysanthus, Alexandrinus, Romæ sub Nemeriano terra & saxis obrutus fuit, Volat.
Chrysaor, Neptuni ex capite Medusæ fuit filius. Hes.
Chrysaoreus Iuppiter, & Cariæ conuentus. Strab.li.14
Chrysas, amnis est Siciliæ qui per Assorinorum agros fluit. Cic. Vulg. Dutaino.
Chryse, insula est extra ostia Indi. Plin.lib.6.cap.21.
Chryse, vrbs est Apollinis prope Lemnum, Ouid.
Chryseys, prius Astynome filia fuit Chrysæ sacerdotis Apollinis.
Chryser, sacerdos fuit Apollinis. Hom.lib.1.Iliad.
Chrysippa, vrbs Ciliciæ, à Chrysippo conditore. Steph.
Chrysippe, Iri filia, quæ ex Phthio Hellenem peperit. Steph.
Chrysippus, filius fuit Pelopis, is fuit ab Atreo & Thyeste interfectus. (princeps.
Chrysippus, Philosoph. Asianus, Stoicorum cũ Zenone
Chrysoceras, Thraciæ promont. est ad Byzantium.
Chrysoceras, Latine dicitur Auricornu, opp. apud Byzantium Europæ à latere Calcedoniæ. Strab. Vulg. Pera.
Chrysogonus, Syllæ libertus, sector Roscij Amerini. Ci. in Oratione pro Roscio Amerino.
Chrysogonus, martyr nobili genere ortus Romæ, sub Diocletiano passus est. Volat.
Chrysopolis, Bithiniæ vrbs est. Plin.lib.5.cap.vlt.
Chrysorrhoas, flu.est Syriæ in Decapolitana regione.
Chrysorroas, dictus est Pactolus flu. propter aureas arenas.
Chrysostomus, fuit scriptor Ecclesiasticus præstantiss.
Chrysostomus, Latine idem est quod aureum os.
Chrysotemis, filia Agamemnonis & Clytẽnestræ. Hom.
Chrixus, Boiorum dux fuit, nepos Brenni Silio.
Chuduca, ciuitas est Babyloniæ. Ptol.
Chuni, pop. sunt Sarmatiæ in Europa. Ptol.
Churitæ, pop. sunt Libyæ interioris. Ptol.
Chusaris, flu.est Libyæ interioris. Ptol.
Chuzis, opp.est Africæ inter Syrtes. Ptol.
Chyretiæ, Estiotarum ciuitas est in Macedonia. Ptol.
Chytrus, ciuitas est Cipri mediterr. Pto.
Chytrus, portus est Ioniæ regionis.

C ANTE I.

Ciacis, ciuitas est Armeniæ minoris. Ptol.
Ciagesi, pop. sunt Daciæ. Ptol.
Cibaci, pop. sunt Galiciæ conuentus Lucensis.
Cibaini montes Thraciæ sunt, in quibus Caster fluuius (oritur.
Cibarci, Hispaniæ populi. Plin.lib.4.
Cibilitani, pop. sunt Lusitaniæ in Hisp. Plin.li.4.c.pen.
Cibilitanæ aquæ, sunt in Africa. Augustino.
Cibotus, portus Aegypti, in quo Naualia. Strab.lib.17.
Cibotus, ciuit. Asiæ eadem quæ Apomia. Plin.
Cibyra, opp.est prouinciæ Ciliciæ. Ptol.
Cicero, princeps fuit Romanæ eloquentiæ, Cuius vitam omnem & vitæ studia describit. Plutar.
Cicerones, à ciceribus optime serẽdis dictos putat. Pli.
Ciceronianus. a. um. quod est Ciceronis, vel ad Ciceronem accedit.
Cichesus, flu. ponitur ab Ho. in gymno Apollinis.
Cichria insula adiacens Atticæ quæ Pityusa.
Cichyrus, ciuitas Epiri quondam Ephyra dicta. Strab.
† Cicimeni, pop. sunt circa Mæotin. Plin.lib.67.
Cicones, pop. sunt Thraciæ iuxta Hebrum fluuium, cõtra quos Vlysses bellum gessit. Ouid. & Virg.4.
Ciconius, nomen eius qui Brixiam condidit.
Cicuta, nomẽ fœneratoris cuiusdam maxime auari. Horat.2.Serm.Satyr.3.
Cierium, vrbs Bœotiæ, alias Arne dicta. Steph.
Cilbiani, superiores & inferiores pop. Asiæ Ephesum conuenientes. Plin.lib.5.cap.29.
Cibiana iuga montes Cilbianorum dictorũ. Pli. vt sup.
Cilicia, regio est minoris Asiæ Syriæ proxima. Vulgo. Caramania. Lucan.lib.3.
Cilicia, à Cilice Phœnicis filio nomen sortita est.
Ciliciæ præfectura ponitur in Cappadocia. Ptol.
Ciliciæ porta, qua Taurus patet ad Antiochiam. Vulg. Golfo de la Giazza.
Cilix, filius Phœnicis, à quo dicta est Cilicia.
Cilix. icis. adiectiuum dicitur aliquis è Cilicia.
Cilices, pirati fuerũt quos. Cn. Põpeius funditus deleuit
Cilices, dicuntur Ciliciæ inhabitatores.
Cilices, ijdem Hypathei appellati fuerunt Floro.
Cilicensis, Cilicius. Ciliciss9. a. um. adiecta à Cilicia.
Cilicẽum mare, est quod Ciliciam alluit.
Cilini populi sunt Galliciæ in Hispania. Ptol.
Cilla, oppidum Ciliciæ, non procul à Thebis Actiones. Strab.lib.13 Ouid.3 Metam.
Cille, opp.est Aeolidis regionis. Plin.lib.5.cap.30.
Cillaba, ciuitas est Africæ ad Syrtim minorem. Plin.
Cillanus. campus est in Phrygia regione. Strab.lib.13.
Cillus, Pelopis fuit auriga, à quo Cilla oppidũ. (Pomp.
Cimas, insula est inter Istri ostia in qua vrbs Bithynida
Cimæus, mons est Asiæ proprie dici. Ptol.
Cimbri pop. sunt Germaniæ qui nũc Dani & Helsatij.
Cimbrica Chersonnesus olim includebat Daniam & Salandiam, Dinamarca.
Cimbricus vicus prope Cimmerios est.
Cimbrorum promont. excurrens in Oceano peninsulã efficit. lib.4.cap.13.
Cimmerij, popu. sunt, qui occupatas frigoribus terras incolunt. Fest. Pomp.
Cimmerij, pop. sunt Scythiæ. Plin.lib.6.c.13.
Cimmerij, pop. iuxta Pontum Euxinum.
Cimmerium, promont. est Sarmati Asiaticæ.
Cimmerium, opp.est Tauricæ Chersonnesi. Ptol.
Cimmerius, mons est Tauricæ regionis. Strab.lib.7.
Cimmerius Bosphorus ad Mæotida & Pontum.
Cimmeris, vrbs Troadis. Edenis prius vocata.
Cimolis, ciuit.est Paphlagiæ. Pomp. Plin.
Cimolis, vrbs est Galatiæ. Ptol.
Cimolus, insula est vna è Cycladibus. Ptol. & Ouid. 7. Metam. (nis. Plut.
Cimon, Atheniensis, liberalitate munificentiaque insigã

Cimon, alius pictor de quo. Plin.
Cin, nomen viri, à quo Cinæi. Num. 24.
Cina, nomen ciuitatis in tribu Iuda, Iosue. 15.
Cinæi, nomen populi. Gene. 15.
Cinæus, Iuppiter dictus est.
Cinaron, oppidum proximum Isaræ flumini, Vocantijs populis montiq; Cinesio & Allobrogibus in Sabaudia, teste Plonco inter Epist. Familiares Tulij, in illa quæ incipit. Numquam me Hercule, &c.
Cinnamomifera, regio est Aethiopiæ sub Aegypto.
Cinara, rex Cypri, ex Myrrha filia Adonim suscepit.
L. Cincius, prætor Siciliam per secundum bellum Punicum administrauit. Liuius.
Cincius, alter Senator Romanus scripsit de re militari. Macrob. lib. 15. cap. 13.
Cincinnatus, viri Dictatoris Romani proprium. Cic.
Cinces, vir Thessalus Pyrrhi amicissimus. Plut.
Cinædius locus, Laconiæ finis in Peloponneso.
Cinædocolpitæ, felicis Arabiæ po. Steph.
Cinædopolis, insula est in sinu Ceramico. Plin. lib. 5.
Cindia, locus prope Bargylia oppidum Cariæ, vbi Dianæ Minthiadis fanum. Strab. lib. 14.
Cineas, vir Thessalus, Pyrrhi amicissimus. Plut.
Cinesias, Thebanus Dithyramborum inuentor. Suid.
Cinethæ, pop. sunt Africæ propriæ. Ptol.
Cinca, fluuius in confinio Hispaniarum in Iberum fluēs Vulg. Cinga. Lucan. lib. 4.
Cingomagus. opp. Alpinum. vnde Italia incipit.
Cingulani, à Cingulo Piceni oppido in Italia.
Cingulum, ciuitas est Piceni, vnde muli Cingulani.
Ciniata, Castellum munitissimum Paphagoniæ.
Cinistena, regio est Paphlagoniæ. Strab. lib. 12.
Cinium, oppidum in maiori Baleari insula. Plin.
Cinna, ciuitas est Castellanorum in Hispania. Plin.
Cinna, ciuitas est Persidis regionis. Ptol.
Cinna, ciuitas est Thessaliæ à Cinno gigante sic dicta.
Cinna, nomen Rom. viri qui ob nimiam crudelitatem. Ancone ab exercitu suo lapidibus obrutus fuit.
Cinna Tribunus plebis ex vrbe pulsus Romanis bellum intulit.
Cinna, alius per errorem à pop. Rom. necatus fuit.
Cinna, alius cui Octauius noua contra se meditanti vitam restituit. Senec.
Cinna, Poëta optimus, Virgilij æqualis Smyrnam scripsit. Virg. Egloga. 9.
Cinnamulgi, pop. sunt Aethiopiæ iuxta deserta. Plin.
Cinsternæ, oppidum est Africæ ad Syrtim paruā. Ptol.
Cinthus, Rhetiæ Vindelicæ, flu. Vul. Zirchel.
Cinxia, siue Cinnia Iuno dicebatur q̄ nuptijs præesset. (Fest.
Cinyps, flu. est Africæ inter Syrtes. Claud.
Cinyps, flu. est qui nunc Beco. Herod.
Cinypes, regio est Africæ. Hero. lib. 4.
Cinyria, ciuitas Cypri insulæ, vnde Cynyrei. Plin.
Cinyras, Phœniciæ rex, cuius regio fuit Byblos.
Cios emporium Phrygiæ, à Cio Herculis comite sic dictum.
Cippa, ciuitas est Africæ propria. Ptol.
Cippi, Herculis: lege Herod. lib. 2.
Ciranus. vir fuit Lycius Sarpedonis comes. Hom.
Cirena, vrbs fuit quondam Lesbi insulæ Pompo.
Circæ, filia fuit Solis & Perses Oceani filiæ, & Aetæ Colchorū Regis soror, veneficiorū peritissima. Ci.
Circæus, a, um. adiectiuum à Circe. Virg. 4. Aeneid.
Circeiū iugū, mōs est Cāpaniæ nomine Circes celebris.
Circeium, promontorium Tuscorum. Ptol. Vulg. Mōte Circella, Sancta felicitas.
Circeium quondam fuit insula, nunc autem continens.
Cirtes domus, oppidum est Campaniæ. Pōp. Strab. Circeum vocat Cicero. Circeos. Plin. tradidit Circeos insulam aliquando fuisse immēso mari circundatam mox continenti adnexam Cerceij. Cic. Circiensis dicti. liu. 3. de Natura deorum.
Circeienses, qui Circeium inhabitant. Cic. ibidem.
Circenses, ludi dicebantur, quod in circo quasi circūenses fierent.
Circeij, vnde dicti, lege Diodorum. lib. 5.
Circeij, pop. in confinio. Persidis & Armeniæ.
Circius, ventus est Galliæ Narbonensis peculiaris reliquis Cæli partibus ignotus, inter Corum & Apara etiam spirans, nulli ventorum violentia inferior. Lucan. lib. 1.
Circius, insula fuit Mysiæ 500. fere stadiorum ambitus
Ciris, dicitur Scylla, Nisi regis filia mutata in auem.
Cirma, siue ciuitas à Cirma Amazone dicta.
Cirna, mons est. Ptol. in Africa propria.
Cirrho, opp. est Phocidis in Achaia. Plin.
Cirrhæi, pop. sunt Macedoniæ mediterranei.
Cirta Iulia, Numidiæ vrbs in Africa. Pt. Vul. Cōstana.
Cirtesij, pop. sunt Africæ proprie dictæ. Ptol.
Cirtiscus, flu. est memorandus in Scythia. Her.
Cis, filius Abiel & pater Saul regis: vt habetur lib. 1. Regum. 9. 1 Paral. 23.
Cisalpina Galia, quæ ab vsu togæ, Togata dicitur.
Cisamus, siue Cisamopolis vrbs Cretæ, Ptol. Hodie Ephitisa. Vulg. Chisamopoli.
Cisapennina, & Transapennina pars Italiæ, lege Caton. & Sempron. antiquitates.
Cisia, mater Memnonis à qua Susorum ciues Cisij dicti (Steph.
Cisanthi. pop. Scythis Cimmerijs vicini. Plin.
Cison, torrens Galileæ iuxta montem Thabor. Hic. è mōte Tabirio in mare cadit. Iudic. 4 3. Reg 18. Ps. 82
Cispades, pop. sunt Africæ inter Syrtes.
Cispadani, pop sunt citra padum fluuium.
Cispius, mons est Exquilinæ regionis. Romæ. Varr. lib. 1. de ling. Latina.
Cissa, fluuius est Ponti Cappadocum. Ptol. Vul. Qzisa.
Cissæ, ciuit. est Mauritaniæ Cæsariensis. Ptol.
Cisseus, rex Thraciæ, Pater Hecubæ vxoris Priami. * Virg. 7. Aeneid.
Cissia, regio est, Ptol. Susiana.
Cistena. ciuit. est Troadis regionis Asiæ. Pomp.
Citamum, opp. est Armeniæ maioris. Ptol.
Citane, opp in Africa. Herod.
Citanos, insula olym Cycladum clarissima.
Citarij, siue Cytarini pop. sunt Siciliæ. Plin.
Cithaees, flu. est in Cyrum amnem fluens.
Citharistes, promontoriū est prouinciæ Narbonensis.
Citheron, mons est iuxta Bœotiam Libero sacer.
Citiæa, dicta est prius quæ postea Cyprus. Vul. Chipre
Citium, opp. est Cipri insulæ. Plin. lib. 5. cap 31.
Citorus mons, qui abundat buxis. inde pectem Citoriacus, quasi buxeus dicitur. à Citoro monte. Ouid. lib. 4. Metam. & Virg. lib. 2. Georg. Vide Cytorus.

Citæus.a.um.à Citio,vnde Zeno citæus.
Citron,ciuitas in tribu Zabulon.Iud.1.
Cius.ciuitas est quæ postea dicta fuit Prusidas.
Cius,fluuius Thraciæ,ex Pæonibus & Rhodope.monte profluens.Strab.lib.12.
Cizara ciuitas est Armeniæ minoris.Ptol.

C ANTE L.

Cleon,fons est in Phrygia. Plin.lib.31.cap.2. dictus est à fletu:vt fons alter illi vicinus Gelo à ridendo.
Clamatulicorū,regio est in prouincia Narbonensi.Plin.
Clampetios,locus est Italiæ in Brutijs.Plin.lib.3 cap.5.
Clamydia,prius dicta quæ postea Delos,melius est cum h.Chlamydia.
Clanes.flu.Vindelitiæ in Istrum desinens. Strab.lib.4.
Clanius,qui & Clanis,flu.est Campaniæ prope Neapolim,iuxta Acernas vrbem.Vulgo.Garillano.Virg. lib.2.Georgi.
Careusa.insu.est vrbi Epheso proxima.
Clariæ,pop.sunt Thraciæ.Plin.lib.4.
Clarium,Colophoniorum opp.in quo Apollo colebatur.
Clarius deus,dictus est Apollo à Clario opp.
Claros.ins. inter Tenedum & Chium in mari Mirtoo Apollini sacra.Ouid.1.Metam.
Claros,siue Clarium item Ioniæ ciuitas,Apollinis oraculo nobilis,iuxta Colophonem.Vul.Calamo.Ouid. de Arte.
Clarus,fluuius à Cacuminibus Alpium in Istrū defluens
Clastidium,opp.est Galliæ Cisalpiæ.Strab.lib.5.Chieseggio.
Clasto.onis.ciuit.est Bæticæ in Hispania.
Claterna,ciuit.est Piceni in Italia Pompon.lib.2.Desta no parece nada,de mas que ay vna puente de Bolaña y Imola,sobre vn arroyo llamado Quaderna,sino que muchos piensan que de sus ruynas se aya edificado el castillo de S.Pedro.El qual no es muy lexos de aquel lugar.
Clatus.ciuitas est Cretæ insulæ.Plin.lib.4 cap.10.
Clauda,insula est spectans Cretam inter Meridiem & Occidentem.Act.27.
Claudia. Plin. Claudiuium. Ptol.oppidum est Norici. Vulg.Cloesterneuburg.
Claudia, virgo Vestalis, cingulo duxit nauem, quam multa hominum millia trahere nequiuerant.
Claudia,gens Romæ,patritia è Sabinis venit.
Claudiarū iter,fertur ab vrbe in Gallias per Aureliam
Claudianus,Alexādrinus poeta insignis fuit Arcadij & Theodosij temporibus.
Claudianus Cæsar, qui interfecto Caligula successit in imperio Vranquil.
Claudias,ciuit.est Armeniæ minoris.Ptol.
Claudiometrium,opp.est Hispa.Ptol.Vul.Colmes.
Claudiopolis,ciuit.est Cappadociæ,Plin.
Claudiopolis,ciuit.est Ponti mediter.Ptol.
Claudiopolis,quæ noua dicitur ciuit.est Galatiæ.
Claudiopolis,ciuit.est Armeniæ minoris,Ptol.
Claudiopolis dicta,quæ quondam Isaura dicebatur.
Claudium,oppidum est Italiæ.Strab.
Claudius,nomen Imp Rom.Caligulæ patrui.
Claudius,alius Imperator,qui Gothos incredibili clade fudit.
Claudius,Regillianus,Decemuir in carcerem coniectus sibi manus attulit.Liuio.
Ap.Claudius,cæcus orator Romæ,de quo Cic.
Claudius Nero,& Claudius Pulcer Cæci filij.Suid.
Claudius.alius,Caudex dictus à nauium caudicibus.
Claudius Centianus librum in iure ciuili scripsit. Val.
Claudius,Nero Coss.Asdrubalem interfecit.
Claudius Nero,alius Tyberij principis pater.
Claudus,insu.est Cretæ adiacens.Ptol.Vul.Antigozo.
Clausius,flu.Germaniæ corrupte legitur pro Chalusus
Clausus,inde Claudius,dictus rex Sabinorum.
Clauentarij.pop.Vindeliniæ regionis.
Clauzomenæ,vrbs est Ioniæ Asiaticæ.
Clazomenæ,ab Ionibus condita.Herod.lib.4.
Clazomenia,insula quæ Marchusa dicitur.
Clazomenius,cognominatus fuit Anaxagoras.
Cleanis,qui postea Eris,flu.Italiæ iuxta Minturnas.
Cleanthes Philosoph.Cratetis fuit discipulus.
Cleanthis,mulieris nomen est.Suid.
Clearchas,Solensis senior,scripsit de varia historia.
Clearchus,Iunior Ponticus,Athenas profectus vt operam daret Platoni in somnijs admonitus à studij recessit.Suid.
Clearchus dux Lacedæmoniorū dictabat imperatorem plus quā hostē metui oportere.Frōtin.li.4.
Clearchus,Consul,Collega Richomeri. Anno ab vrbe. 1137.
Cleempus,medicus fuit.
Clemens,historicus scripsit de Regibus & Imp.Rom. ad Hyeronym.de figuris Isocratis Suidas.
Clemens,præsul Alexandrinus fuit Pantherij discipulus & præceptor. Origenis, floruit sub Seuero & Antonino principibus.Hierony.& Euseb.lib.6.
Clemens,Romanorum tertius Episcopus,auditor diui Petri, D. Dionysium Areopagitam misit Parisios. Niceph.lib.2.cap.20.
Clemens.II.Pontifex.150.Anno Salutis.1048.
Clemens.III.Pontifex.175.Anno Salutis.1188.
Clemens.IIII.Pontifex.184.Anno Salutis.1264.
Clemens.V.Pontifex.196.Anno Salutis.1306.
Clemens.VI.Pontifex 198.Anno Salutis.1342.
Clemens.VII.Pontifex.220.Anno Salutis.1523.
Clemens,Consul,Collega Tertulij.Anno ab vrbe.947
Clementinus,Cōs.Collega Agricolæ.anno ab vrbe.982
Clementinus,Cons.Collega Probi.Anno ab vrbe.1267
Cleneum,promont.EubϾ iuxta Oreum.Strab.
Cleobis, Argiæ Sacerdotis fuit filius.Cic.in Tusc.
Cleobulus, Euagoræ filius vnus è.7.Græciæ sapientib.
Cleobulus, dixit amicos & inimicos beneficijs prosequi oportere.Suid.
Cleobulina,fuit Cleobuli filia.Suid.
Cleotritus,apud Comicos taxatus:vt mulierosus.fruit
Cleodamas,Thasius.Platonis tēpore in Geometria floruit
Cleodamas, Achnæus,scripsit de cura equorum.Steph.
Cleomachus, Magnesius pugil.de quo Strab.
Cleombrotus, Lacedæmoniorum dux. Pausaniæ filius.
Cleobrotus, adolescens Ambraciota, lecto Platonis de animarum immortalitate,cum ei nihil accidisset aduersi,è muro se in mare abiecit.Cic.in Tusc.
Cleomedes,Græcus auctor.scripsit de circulis cœlestibus.
Cleomenes,Lacedæmoniorum dux ab Antigono victus
Cleomedes Siculus,C.Verris nequitiæ administer.
Cleon,Poeta,scripsit Argonautica.Suid.
Cleon,Alicaruasseus orator,qui Lysandro Orationem. Cic.7.Verrem.

Cleonæ,arum,ciui.Achaiæ mediterranea.Str.
Cleonæ,arum,opp.fuit in Athomonte.Plin.lib.4.
Cleonæus,a,um.vt Leo Cleonæus.Silio.lib.3. (fugit.
Cleonymus,id est desertor ordinis & qui abiecto clypeo
Cleonymus,fuit vnus ex Imp.externis,quos sibi accersi-
serunt Tarentini.Strab.
Cleopatra,fuit vxor Phinæi regis Thraciæ.
Cleopatra,fuit Aegypti regina, Dionysij Auletis filia.
Cleopatricus,a,um.vt dapes Cleopatricæ.Siden.
Cleopatris,ciuitas est Aegypti ad Nylum.Strab.
Cleopatus,præfecti nomen apud Corinthios.Plut.
Cleophanes,orator ex Myrlea.Strab.12.
Cleophantus,medicus de quo.Plin.lib.4.cap.6.
Cleophantus,pictor Corinthius.Plin.lib.35.cap.3.
Cleophon,Poeta tragicus Atheniensis.Suid.
Cleostratus,antiquissimus Philosophus, primus scripsit de signis cœlestibus.Plin.lib.2.cap.8.
Cleoxenus,& Democlitus,quorum historiam quam de rebus Persicis Agreßi erant,perfecit Palybius.Suid.
Clepidium,ciuit.est Sarmatiæ in Europa.Ptol.
Clesydra erat Athenis in arce illa Mineruæ.
Clethareo,opp.est Arabiæ Petrææ.Ptol.
Clethus. vxorem habuit Pallenē Sithonis filiam. Step.
Clibanus,mons est Locridis regionis.Plin.lib.3.
Clibanus,opp.est Ciliciæ.Plin.lib.5.cap.27.
Clides insulæ sunt adiacentes Cypro Ptol.Vulg.Cabobō
Climacea,ciuit.est Arabiæ felicis. (Andrea.
Climax,ciuitas est Libycæ Nomidis in Aegypto.
Climax,vicus est Galatiæ regionis.Ptol.
Climax,mons est Arabiæ felicis.Ptol.
Clinias musicus,& Philosophus sectæ Pythagoreæ.
Clio,vna est Musarum,à gloria rerum gestarū quas canit sic dicta.
Clipea,ciui.est Africæ propria.Ptol.Vulg.Quipia.
Clitarchus historicus scripsit res gestas Alexan.Pli.li.
Clitæ,ciui.est Pōti.Ptol. (4.c.5.& Quint.
Clitellæ, locus Romæ sic dictus propter similitudinem Clitellarum.Fest.
Cliternia,ciui.est Italiæ ad montem Garganum.
Cliternum,opp.idem quod Cliternia.Ptol.
Cliternini,pop.sunt Cliterni vel Cliterniæ incolæ.
Clitomachus, Carthaginensis Philosophus, Carneadis discipulus,Suid.
Clitomachus,athleta Pancratiastes nobilis.Sud.Pudicitia tanta fuisse dicitur, vt canes si forte coentes vidisset,statim vultū auerteret:in conuiuio si quis sermo lasciuus incideret,statim surgēs abiret. Aelianus de varia historia.
Clitorium,ciuitas est Arcadiæ,apud quam.
Clitorius fons, qui potus vini tædium afferre dicitur. Ouid.15.Metam.
Clitumnus,est Vmbriæ flu.apud Meuaniam Clitomno.
Clitumnus,agri Falisci fluuius,cuius aquæ potæ candidos faciunt boues. Plin.lib.2.cap.103. Virgil.lib.2. Georg.& Silius.lib.11.
Clitumnus,flu.dictus Acleitos,idest,celebris amnis.
Clitumnus,pars est Meuaniæ in Tuscia.Seru.
Clitus,Martij filius ab Aurora raptus,nusquā apparuit
Cloacina,Dea quæ cloacis præerat:eam in cloaca repertam consecrarat Tatius.
Cloanthus,vir Troianus Aeneæ comes Verg.

Clodia,Romana,copiosa & locuples fœmina fuit.Cic. ad Atticum.lib.13.
Clodianus,flu.est Hispaniæ ad Emporias.
Clodianus,ciuitas est Hispaniæ.
Clodij forum,ciuitas est Venetiarum.Plin.lib.3.
Clodiorum familia,à Clodio Aeneæ socio dicta.Fest.
P.Clodius,inimicus Ciceronis quem ab Vrbe tendebat expellere. Cicer.ad Atticum.lib.1. postea à Milone interfectus.
Clodius Pulcer, orator Romæ inter patronos Scauri. Sext. Clodius rhetor è Sicilia Latinus & Græcus professor. (Eufeb.
Clodius, Quirinalis Arelatensis rhetor Rhomæ docuit
Clodius, Albinus,Imp.perditæ gulæ fuisse dicitur.
Cloelia virg.obses à Rom.Porsenæ Hetruscorum regi
Clonias,Lacus est Libyæ interioris.Ptol. (data.
Clonius,vnus è quinq; ducibus Bœotorum,qui ad Troiam venerunt.
Clostra,ciuitas est Latinorum in Italiam.Vul.Astura.
Clota,æstuarium est maris Britannici.Ptol.
Clotho,vna est trium Parcarum:inter p.destruo.
Cluaca,ciuitas est Mediæ.Ptol.
Cluana,ciuitas est Piceni in Italia.Plin lib.3.
Cludrus.flu.est Cariæ.Plin.lib.5.cap.29.
Cluens,ciuitas est Germaniæ.
Cluentius,Rom.à Cic.elegāti oratione defensus.(Real.
Clunia,ciuitas Hispan. Celtiberiæ finis. Vulgo.Ciudad
Cluniensis, Hispaniæ citerioris conuentus, Sunt enim septem(inquit Plin.lib.3.Carthaginensis, Tarraconensis, Cæsar Augustanus. Cluniensis, Austurum, Lucensis,Braccarum.
Clupea, siue Clypea,opp. Africæ proprie dictæ in promontorio Mercurij sita ita dicta à Clypei figura.Lucan.lib.4.Hanc Solinus Græco nomine Aspidem vocatam tradit. Quod ipsum affirmat Silius Italicus bel.Pun.lib.3.Vulg.Quipia.
Clusij populi sunt prope Albanos in Asia.
Clusini noui & veteres,populi Hetruriæ.Plin.
Clusinus,dictus est Ianus,quia pace,eius portæ claudun tur.Virg.5. Aeneid.& Ouid.1.Fast.
Clusiolum,opp.Vmbriæ quod interijt.Plin. (positos.
Clusios,Galli existimant spiritus esse elemēto aereo cōpositos.
Clusium,opp.est mediterr.Tusciæ.Plin.Chiusi.Ciudad
Clusinus.a.um.vt Clusinū vulgus Silio. (destruyda.
Clylipenus sinus est in Oceano septentrionali.Plin.
Clymene,Oceani & Tethios filia Hesiod.
Clypea,ciuitas eadem,quæ Aspis appellata.Flor.
Clysma præsidium,in confinio Aegypti & Arabiæ.
Clytemnestra,Tyndari ex Læda filia, vxor Agamemnonis.
Clytia,puella fuit ab Apolline adamata. (nonis.
Clytius,iuuenis quidam à Cydone adamatus.Verg.

C ANTE M.

Cmenabon,emporium est Galliæ Aquitanicæ.

C ANTE N.

Cnagia Diana dicta est à Cnagie Spartano.
Cnacalysia Diana dicta est à Cnacolo monte. Palæph.
Cnemides,in Thracia sunt secūdū Daphnuntē.Strab.9
Cnemis,opp.est Locrorum.Plin.lib.4.
Cnemis,mons Locrorum vnde Epicnemidij.
Cnesos,portus.in Pityusa insula.Dioc.lib.6.
Cneus,per.c.scribitur sed profertur per.g.

Cneus.

Cneus, cognomen est apud Romanos.
Cnidus, siue Cnidos ciuitas est & promontoriũ Cariæ, Vulg. Cabo Crio Horat. 1 Carmi. Ode. 30.
Cnidius, a, um. res ad Cnidium pertinens.
Cnidus, insula opposita Asiæ. 1. Mach. 15. Act. 27.
Cnisoessa, fons est Bœotiæ. Plut. in Amatorijs.
Cnopipolis, vrbs Ionum, à Cnopo quodam, Erythea alias dicta. Steph.
Cnosus, ciuitas est celebris Cretæ quæ & Gnosus.
Cnosus à Minoe cõdita est in ea parte quæ ad Asiam spe(ctat.
Cnosius, a, um. res ad Gnosum pertinens.

C ANTE O.

Co, siue Cos, insula est adiacens Cariæ regioni. Vulgo. (Lango.
Coa, ciuitas est Arabiæ felicis. Ptol.
Hippo Caurasiarum, opp. Bæticæ in Hispania. Plin.
Hippo, puellæ Bœotiæ nomen Plut. in Pelopida.
Hippo, opp. Locrorum in Brutijs.
Hippocentauri, id est, equorum stimulatores, filij fuere Centaurorum. Diodor. Sic.
Hippocoon, cum liberis ab Hercule interfectus.
Hippocorona, ciuit. est Cretæ insulæ. Strab. lib. 10.
Hippocoronium, alia ciuit. Cretæ. Strab. lib. 10.
Hippocrates Cous medicus, auditor Democra. Sui.
Hippocrates, præter superiorem, Suidas quinq; commemorat.
Hippocrates alius, dux Atheniensis in bello Peloponnesiaco. Suid.
Hippocrene, fons est Bœotiæ prope Heliconem Musis sacer, iuxta quem est Aganippe.
Hippocrene, fons quoq; Caballinus appellatus.
Hippocrenides Musæ, ab Hippocrene fonte appellatæ.
Hippodamia, filia Oenomai regis Pisæ ac Elidis. Ser.
Hippodamia, alia Brysæ filia: quam Achilles secum abduxit expugnato Lyrnesso.
Hippodamia, alia Anchisæ filia, quæ Alcathoo Troiano nupsit, quem Idomneus in pugna occidit.
Hippodamus Milesius, primus eorum qui in Repub. versati non essent: disseruit de optimo ciuitatis statu. Aristotel.
Hippodorus, dux Atheniensis, vnus Codridarũ Aelianus de varia historia.
Hippodromus, Thessallus genere patria Larissæus inter sophistas refertur. Philostrat.
Hippodromus, locus est in Libya circa Canopicũ ostiũ.
Hippola, vrbs vetus Laconica gentile Hippolaites.
Hippolochus, filius fuit Bellorophõtis, & Glauti pater.
Hippolochus, alius Antimachi Troiani filius, ab Agamemnone interfectus. Hom. lib. 11. Iliad. (theis.
Hyppolyte, vxor Acasti regis Magnesiæ, quæ & Cre-
H ippolyte, Amazonum regina Thesei vxor. Ouid.
Hippolytus, filius fuit Thesei et Hippolytes Amazonis
Hippolytus, dictus fuit Virbius, eo quod vir bis fuerit.
Hippolytus alius, qui in Danielem & Proberbia scripsit commentarios. Suid.
Hippomachus, tibycen fuit, de quo vide Aelianum.
Hippomedon, ontis. viri proprium est Silio Italico.
Hippomenes, Neptuni nepos Atalãtã puellã curso vicit
Hippomolgi, pop. sunt insulis maris Scythici.
Hipponi, id est, equorum statio, locus in Numidia.
Hippona, Dea erat equorum, quam, stabularij maxime colebant. Apul. 2. Metam.
Hipponax, Poeta Ephesius, à quo Iambicum Hipponacticum, quod & Scazon. Plin. lib. 5.
Hipponium, opp. est Brutiorum in Italia: vnde.
Hipponiates sinus, ab eodem Hipponio dictus. Vulgo, Golfo de Sancta Eufemia en Calabria.
Hipponiata, sinus Crotonẽsiũ qui Terinæus appellatur.
Hipponitis stagnum, est in Africa propria. Ptol.
Hipponesos, vrbs Cariæ & alia Libyæ. Steph.
Hippophagi, pop. sunt Sarmatiæ Asiaticæ. Ptol.
Hippophagi, pop. sunt Persidis regionis. Ptol.
Hippophagi, pop. Scythiæ equinos pedes habentes.
Hippotamadæ, vicus in tribu Oeneide. Steph.
Hippote, locus est prope Heliconem. Plut.
Hippotoxotæ dicti sunt equestres sagitarij: qua voce vtitur Hircius, lib. 5. belli Asiatici.
Hippuris, insula, est vna è Cycladibus. Plin. lib. 4. c. 12.
Hippus, mons est Syriæ curuæ. Ptol.
Hippus, mons est in Arabia felici. Ptol.
Hippus, item vicus est Arabiæ felicis. Ptol.
Hippus, flu. est Colchidis regionis. Ptol.
Hippus, opp. est Iudææ Palæstinæ. Plin. lib. 5. c. 15.
Hippus, insul. Eretriæ, Item vrbs Siciliæ. Steph.
Hipseus, filius fuit Asopi fluminis qui Eteocli in auxilium venit contra Polynicem. Stat. (xit.
Hipsicratea, vxor Mithridatis, quæ maxime virũ dile
Hira, ciuit. maritima Peloponnesi iuxta Pylon. Hom.
Hiracoda, vrbs est insulæ Arabiæ. Diod. Sic. (Steph.
Hirasa, locus Libyæ, in quem Afri Battum transtulerũt
Hirminium, flumen est Siciliæ insulæ. Plin. lib. 3. c. 8.
Hirpiæ, familiæ sunt non paucæ in Faliscorũ agro. Pli.
Hirpini, pop. sunt in secunda Italiæ regione. Plin.
Hirpini montes, per quos Aufidus fluui. Canusium præterfluit.
Hirus, mons est Asiæ, vnde fluit Hermus. Herod. lib. 1.
Hirtius, Cos. cum Pamsa collega in prælio ab Antonio cæsus.
Hisarci, pop. sunt Alpini. Plin. li. 4. c. 20. Vide Mesauci.
Hismaelitæ, pop. sunt qui nunc Sarraceni dicuntur.
Hispa, flu. est Siciliæ. Silio.
Hispalis, Bæticæ, prouinciæ vrbs clarißima Romanorum Colonia cognomine Romulensis. Plin. lib. 3. c. 1. Vulgo. Seuilla.
Hispalensis. e. res ad Hispalim pertinens.
Hispalensis conuentus, opp. à latere dextro Hispalis.
Hispania, regio Europæ, eadẽ quæ Iberia & Hesperia.
Hispania, in tres prouincias diuiditur, scilicet.
Hispania vlterior, quæ Bætica prouincia cognominatur. Vulgo Andaluzia.
Hispania citerior, dicitur Lusitania atq; Tarraconen.
Hispania vlterior, aliquando pro Bætica & Lusitania simul intelligitur.
Hispania, nobis protulit Quintilianum, Seneeam, Mar-

tialem, Silium, Lucanum, Prudentium, Pomponium Melam, & alios doctos innumeros.
Hispanicus.a.um.dicitur qui Hispaniam debellauit.
Hispanus.a.um.res ad Hispaniam pertinens.
Hispaniensis.e.quod est Hispaniæ extra illam.
Hispaniensis.e.quod non est Hispaniæ in illa.
Hispaniense, vnum ex Rhodiani ostijs. Plin.lib.4.c.4.
Hispellum, opp.est Vmbriæ mediterraneũ. Pli.5.a Fulgineo lapide, nunc astrum est dirutum. Vulg. Spello.
Histi, statio est in Icaria insula. Strab.lib.14.
Histiæa, ciuit.est Eubœæ insulæ. Herod.lib.8.
Histiæus, fuit Milesiorum tyrannus. Herod.lib.6.
Histonium, oppidũ Italiæ non procul à monte Gargano Pomp. Vulgo Estomi.
Histria, regio non ab Istro amne sed ab Histro duce dicta. Caton. in Originib.
Histri, pop. sunt Histriæ regionis incolæ. Plaut.
Histricus.a.um.res ad Histiam pertinens.

H ANTE O.

Hoarus, fluuius est Meotiorum in Mæotim paludem fluens. Her.lib.4.
Hodius, vnus è Græcorũ præconibus in bello Troiano
Hodomatica, regio est Macedoniæ. Ptol.
Hodomanti, pop. sunt Hodomanticæ. Herod.lib.5.
Hœtichius, vir fuit Achius, optimus statuariæ opifex. Hom.Iliad.lib.7.
Holmiæ, prom.iuxta Isthmon Corinthi est. Strab.li.8.
Holmos, ciuit.est Ciliciæ. Strab.lib.14.
Holopixos, ciuit.est Cretæ mediterranea. Pomp.
Homatrini, pop. sunt Italiæ. Strab.
Homeritarum, regio est in Arabia felici. Ptol.
Homerus, Græcorum Poetarum maximus & eloquentißimus, & reliquorum Poetarum fons. Ouid.
Homeri patria incerta est, nam septem vrbes certant, de stirpe insignes Homeri. Smyrna. Rodos, Colophõ Salamin, Ios, Aargos, Athenæ.
Homerus, à cæcitate nomen sortitus, quum prius Melesigenes diceretur aliqui lippum tantum fuisse dicunt.
Homericus.a.um.adiectiuum quod Homeri est.
Homeridæ, familiæ apud Chios illustris fuit.
Homeromastix.i. Homeri flagellũ, cog. Zoili cuiusdã.
Homile, ciuit.est Thessalorum in Macedonia. Ptol.
Homole, mons est Magnesiæ siue Thraciæ. Strab.
Homolium, opp.est Magnesiæ. Plin.lib.4.c.9.
Homoloides, portæ sunt Thebarum Bœotiarum.
Homonades, populi sunt in confinio. Ciliciæ & Pamphyliæ. Strab.lib.14.
Homenœa, propriũ mulieris quo significatur cõcordia.
Honorius, viri proprium est apud Catullum.
Honoriades, patronimicum ab Honorio. fecit Claud.
Horatius Cocles, Roman. vir clariß. sic dictus quod in prælio alterum oculum amiserit, quasi ocles.
Horatius Puluillus, qui ædẽ Iouis Capitolini, dedicauit.
Horatij alij tres fuere, qui cum Curiatijs Albanis congreßi sunt.
Horatius, Poeta Venusinus Lyricorum scriptor. Crin.
Hormenium, siue Ormenion, ciuitas, est Magnesiæ.
Hormiæ, opp. Italiæ, quod, postea Formiæ.
Hormina, siue Hermina, opp. Pelopon. Strab.lib.8.
Hormius, siue Hormias, flu.est Bœotiæ.
Hornei, pop. sunt non longe à Corintho. Steph.lib.13.
Horodis, rex Parthorum qui M. Crassum occidit.
Hortanum, opp.est Hetruriæ. Plin.lib.3 cap.5. Vulgo Horti.
Hortenses, cognomine Vrbinates, pop. Vmbriæ in Ital.
Hortensia, Hortensij Rom. filia eloquentißima.
Hortensius, Romanus rethor caussarum rex ob eloquẽtiam dictus. Cic. in Bruto.
Horus, Aßyriorum rex. Plin.lib.30.c.15.
Horus, ab Aegyptijs dicitur Sol. Boccatio auctore.
Hossa, Tuscorum flu. Ptol. Vulgo Marta.
Hostia, puellæ nomen, quam à se amatã Propertius Cynthiam dixit.
Hostiones, pop. iuxta Oceanum occidentalem. Steph.

H ANTE V.

Hucaca, ciuitas in tribu Nephtali. Iosuæ.19.
Hugo, Italiæ Rex Luith.lib.3.c 14.
Huldenricus, Corinthiorum Princeps, circa annum Salutis.1273.
Hunni, pop. sunt Septentrionales Scythiæ Europeæ.
Hunni, pop. quibus Vngaria dicta Blondo.

H ANTE Y.

Hya, opp.est Phocensium. Hom.2 Iliad.
Hyacinthia, orum. sacra nocturna à Lacedæmonijs instituta in honorem Hyacinthi pueri ab Apolline disci iactu interfect. Ouid.lib.10. Metam.
Hyacinthus, Amyclæ filius, ab Apolline disco necatus.
Hyades, stellæ.7. in cornibus & ore Tauri.
Hyades, quoties nascuntur & occidunt pluuias creant.
Hyades, erant Atlantis.7. filiæ a Ioue in stellas versæ.
Hyadũ, nomina Ambrosia Eudora, Pasithoe, Coronis Plexauris, Pytho, & Tythe sunt.
Hyadeti, pop. sunt Galliæ Narbonensis. Strab.
Hyæa, vrbs Laconum Ozolorũ, gentile Hyæius. Steph.
Hyela, opp.est Arabiæ felicis. Ptol.
Hyale, Nympha vna ex comitibus Dianæ. Ouid.2 Metam.
Hyalas, flumen ab Homero celebratum.
Hyamæa, vrbs Mesenes, vna ex quinq;. Steph.
Hyamion, vrbs Troiana, gentile Hyamius.
Hyampolis, ciuit.est Bœotiæ in Achaia. Ptol.
Hyampolis, eadem quæ Hya Phocensium. opp.
Hyantes, pop. qui postea dicti Bœotij.
Hyantius.a.um. siue Hyanthæus.a.um. pro Bœotius.
Hyapea, vrbs Phocidis ab Hyapo, ciuis Hyapeus. Step.
Hyarotis, fluuius Indiæ qui miscetur Ascesinæ flu. Str.
Hyas, filius Atlantis & Aethræ, puer formosißimus. Ouid.lib.3. Fast.
Hybla, opp.est Siciliæ medit. Ptol. Vulgo Mirili. Vnde.
Hyblæus.a.um. siue Hyblænsis.e. res illius oppidi.
Hybla, mons, oppido proximus thymo abundans Megara quoq; dictus, vnde Hybleus.a.um.
Hybrianes, pop. sunt Ponti Euxini accolæ. Strab.
Hydara, ciuit.est in confinibus Armeniæ. Strab.lib.12.
Hydarnes, nobilis Persa qui cum Dario in Magum cõiurauit. Herod.lib.3.
Hydaspes, flu.est Medorum in Indum defluens.
Hylata, ciuit.est in Dacia. Ptol.
Hylaticus Oceanus, in Aethiopia interiori.
Hydeles, quæ postea Sardis cognominata. Plin.
Hydeles, est opp. Bœotiæ. Strab.lib.9. (Plin.li.5.
Hydissa, siue Hydissos, opp.est conuentus Alabandici.
Hydissenses, pop. sunt ab Hydissa cognominati.

Hydra,

Hydra, serpens fuit multorum capitum, in Lerna palude, cui aliquot excisis totidem renascebantur.
Hydras, insu. est adiacens Africæ propriæ. Ptol.
Hydrax, opp. est mediterraneum Cyrenaicæ. Ptol.
Hydra, ciui. est Aeolidis in Asia propria. Ptol.
Hydraces, pop. sunt Persarum. Strab. lib. 15.
Hydramia, vrbs Cretæ, ciuis Hydramicis. Steph.
Hydrea, insula iuxta Troezenem gentile Hydreates. Stephan.
Hydrilicæ, pop. sunt conuentus Cybiratici. Plin. lib. 5.
Hydria, insula in Adria. Pom. lib. 2. c. 7.
Hydrias, regio vnde Marsyas defluit. Herod. lib. 5.
Hydrochous, signũ cœleste. idest. Aquarius.
Hydrus, untis. siue Hydruntum oppi. Calabriæ. Vulgo. Otranto.
Hydrussa, insula quæ postea Andros dicta. Plin. libr. 4. Vulg. Andro.
Hydrussa item, cognominata Tenos ob aquarum abundantiam. Vulg. Tine.
Hydrussa, ciui. est in Attica regione. Strab.
Hyela, ciui. est Italiæ à Phocensibus condita. Strab.
Hyerus, pauper quidam fuit qui à Ioue, Neptuno, & Mercurio hospitio susceptis, Oriona filium suscepit Ouid.
Hyettus, vicus Bœotiæ, à Hyeto quodam Argiuo. Step.
Hygrys, ciuit. est Sarmatiæ Europææ. Ptol.
Hylactor, canis nomen. Ouid. lib. 3. Metam.
Hylæa, terra est Scythiæ. Herod. lib. 4.
Hylæi, po. Scythiæ per quos labitur Hypanis. flu.
Hyleum mare, quo Hylea regio alluitur. Her. lib. 4.
Hylæus, vicus est in Attica regione, de quo Papinius.
Hylæus, vnus è Centauris à Pirithoo inuitatus ad nuptias. Virg. lib. 8.
Hylæus, nomen canis Actæonis. Ouid. Hyleusq; ferox.
Hylami, vrbs Lyciæ, gentile Hylamites. Steph.
Hylas, lacus & flu. Bithyniæ. Solin. cap. 34.
Hylas, puer vnice ab Hercule delectus. Valer. Flac.
Hyle, opp. Bœotiæ celebre apud Hom.
Hyle, vrbs est Cypri, vbi Apollo Hyletes colitur. Step.
Hyleessa, dicta Paros vna Cycladum. Steph. Vul. Paris.
Hylis, pen. insu. Dalmatiæ siue Liburniæ. Plin.
Hyllusla, vicus Cariæ, vbi Hyllus interijt. Steph.
Hyllus, qui & Phrygius, flu. est Phrygiæ. Strab. lib. 13.
Hylus, filius Herculis ex Melita Aegæi fluminis filia.
Hylonome, fœmina Centaura & biformis. Ouid. lib. 12.
Hymani, pop. sunt in Illyrica regione. Plin. lib. 3.
Hymella, flu. apud Virgilium. lib. 7 Aeneid.
Hymeneus, antiquis Deus nuptiarum putatus est.
Hymera, opp. & flumen est Siciliæ. Pomp. lib. 2.
Hymeræus. a. um. res ad Hymeram pertinens.
Hymettus, mons est Atticæ regionis prope Athenas.
Hymettius. a. um. res ad Hymettum pertinens. Hora.
Hynidos, oppidum est conuentus Alabandici. Plin. li. 5.
Hyope, vrbs Matienorum, gentile Hyopeus. Steph.
Hypacyris, fluu. quod per Nomadas Scythas labitur. Pompon.
Hypea, siue Hype insula vna è Stœchadibus. Plin.
Hypæpa, ciui. est Lydiæ seu Mæoniæ. Ptol.
Hypæpanus. a. um. res ad Hypæpas pertinens.
Hypana, vrbs Triphyliæ, gentile Hypanæus. Steph.
Hypania, ciuit. est Elidis in Peloponneso. Ptol.
Hypanis, flu. Sarmatiæ per Hyleos fluens. Herod.
Hypanis, flu. quoq; Indorum est. Solin. cap. 65.
Hypanos, insul. est vna è Cycladibus in Aegæo.
Hyparchus, Philosophus qui de syderibus & tẽporibus anni scripsit. Interp. primas.
Hypartus, opp. est Bœotiæ. Strab.
Hypasij, pop. Orientales. Strab. lib. 15.
Hypata, ciui. est Thessaliæ in Macedonia. Ptol.
Hypatia, mulier Alexandrina Theonis geometræ filia & vxor Isidori Philosophi. Suid.
Hypatos, Phœniciæ amnis est. Plin. & Pomp.
Hypeleus, ciui. est minoris Asiæ. Strab.
Hypenor, princeps Troianus quem Diomedes occidit.
Hypenus, athleta, qui primus diaulo vicit. Pausan.
Hyperborei, montes Septentrionales Sarmatiæ. Ptol.
Hyperborei, sic dicti quod supra. idest. vltra eos flat Boreas.
Hyperborei item illorum montium accollæ.
Hyperdexio, regio Lesbi est, vbi Iuppiter Hyperdexius & Minerua Hyperdexia coluntur. Steph.
Hyperea, fons est celeberrimus in Thessalia. Strab. li. 9
Hyperechius, Alexandrinus Grammaticus sub Martiano principe. Suid.
Hyperesia, quæ & Aegira, opp. est Achaiæ. Hom.
Hyperia, insula est vna è Cycladibus. Plin.
Hyperides Atheniensis, æmulus Demosthenis. Plut.
Hyperion, alijs Solis pater, alijs Sol ipse, quod erat super terras. Ouid. lib. 1. Fast.
Hyperionius. a. um. vt currus Hyperionius. Val. in Ar.
Hypermestra, filia Danai, quæ sola Lynceo viro pepercit. Ouid. in Epist.
Hypernothij, pop. vltra Nothum ventum siti.
Hyphali, stationes sunt in Cyrenaica regione. Ptol.
Hyphormus, portus est in Achaia. Ptol.
Hyphormus, portus est quoque Italiæ. Strab.
Hypius, vrbs est & fluu. sub Pontica Heraclea. Steph.
Hypobarus, Indiæ flu. iuxta quem arbores electrũ producunt.
Hypochalchis vrbs Aetoliæ in Europa. Step.
Hypoleo, prom. est Scythiæ. Her. lib. 4.
Hypsa, flu. est Siciliæ insulæ. Ptol.
Hypsaltæ, pop. sunt Thraciæ, alij à Bisaltis. Plin.
Hypselis, vicus Aegypti, ciues Hypselitæ. Steph.
Hypsenor, filius magnanimi Dolopionis. Pom. 5. Ili.
Hypsicratea, vxor fuit Mithridatis regis Ponti. Plut.
Hypsile, ciui. est metropolis in Aegypto. Ptol.
Hypsiliotes nomos, præfectura est in eadem. Ptol.
Hypsiphyle, filia fuit Thoantis regis Lemni.
Hypsistæ, Thebarum Bœotiarum portæ. Steph.
Hypsitanæ aquæ, sunt in Sardinia insula. Ptol.
Hypsixorus mons est Macedoniæ. Plin. lib. 4. c. 10.
Hypsus, Licaonis filius, condidit Thyræum Arcadiæ vrbem. Steph.
Hypsus, Arcadiæ vrbs. Steph.
Hyrcania, regio est Septentrionalis Asiæ, vnde.
Hyrcani, pop. illius regionis cognominati.
Hyrcanum quoq; mare, quod & Caspium. quod Ptol. lacumfacit. Vulg Mar de Baçan.
Hyrcanus quoq; mons portio montis Tauri.
Hyrcanium, Iudææ oppidũ ab Hyrcano principe dictũ.
Hyrias, regio prope Aulidem. Steph.
Hyria, ins. est in Ionio sinu. Strab. & Pomp.
Hyria, ciui. est Isauriæ iuxta Seleuciam. vnde.

Hyrienses, pop. ab Hyria Isauriæ dicti. Plin.
Hyria, vrbs Apuliæ, iuxta sinum Adriaticum. Ptol. Vul. Orea en tierra de Otranto.
Hyriæ.es.opp.est Bœotiæ celebratum. Plin.
Hyrie, appellata est quæ postea Zacynthus insula. Vul. Zante.
Hyries, lacus ab Hyria cognominatus.
Hyrini, Hirpinorum sunt pop. in Italia. Plin.
Hyrmini, locus est in Achaia. Strab. lib. 8.
Hyrnithium, parua regio in Epidauro. Steph.
Hyrpi, pop. sunt Italiæ iuxta Soractem. Solin.
Hyrri, pop. sunt septentrionales. Plin. lib. 4.
Hyrtacus, vir fuit Troianus ex Ida monte. Virg.
Hysias, vrbs est & flu. Bœotiæ. Strab. lib. 9.
Hythmitæ, pop. iuxta Liburnos, & Syopios. Steph.

DE LITTERA I.

IA, fuit nomen minoris filiæ Atlantis. Hom. lib. 14. Olyss. & Latine vox dicitur.
Iambis, siue Iambisus, opp. Phœnices quod Ieba.
Iabri, pop. sunt Arabiæ felicis. Ptol.
Iabruda, ciui. est Syriæ in Laodicena regione.
Iacca, ciui. est Vasconum in Hispania. Ptol.
Iacchus nomen est Bacchi ab Iacho. i. clamo. Virgil. 6. Ecgloga.
Iacob, viri proprium, Latine Atleta interp. (ra.
Iader, siue Iadera, opp. Dalmatiæ siue Illyrici. Vul. Zara.
Iader, sinus Dalmatiæ in Adriaticum mare profluens iuxta, opp. Iadera. Lucan. lib. 4.
Iadi, vicus est in Arabia felici. Ptol.
Iadoni, pop. sunt Galliciæ conuentus Lucensis.
Iadua, flu. est Germaniæ magnæ.
Iætia, ciui. est Siciliæ insulæ. Steph.
Iagath, opp. est Mauritaniæ Tingitanicæ. Ptol.
Ialysos, ciui. est Rhodi insulæ. Pomp. lib. 2.
Ialysus. a. um. res ad ciuitatem illam pertinens.
Iamba, ciuitas est Babyloniæ regionis. Ptol.
Iambia, vicus est Arabiæ felicis. Ptol.
Iamblichus, Pythagoricus. Philosophus è Chalcidæ Syriæ, Porphyrij discipulus. Constantini tempore.
Iambrasus, Samus à fluuio sic dicta. Steph.
Iamæ, pop. sunt Scythiæ Asiaticis. Steph.
Iamissa, æstuarium Britanici maris. Ptol. quod Cæsari Tamesis, fluuius dicitur.
Iamnea, ciui. est Palæstinæ, & vicus non longe.
Iamnelorum portus in Palæstina. Ptol.
Iamman, ciuitatula est Phœnices. Steph.
Iamno, ciui. est minoris Balearis insulæ. Ptol.
Iana prius, & deinde Diana. d. literæ appositione dicta vt ait Nigidius.
Ianei, Coloni, quos Ianus pater in Hyrcania transtulit.
Ianassa, Nympha dicta est à suauiter regendo.
Ianasum, opp. est Galliciæ in Hispania. Pom.
Iangacaucani, pop. sunt Mauritaniæ Tingitanæ.
Ianicula, cognominata fuit Italia à Iano Deo.
Ianiculum. Colonia quam Ianus posuit ad ripas Tyberinas.
Ianiculum, mons Romæ, vbi quondam Antipolis siue Aeneipolis. Plin. lib. 3. c. 5.
Ianiculum, opp. non procul à Roma.
Ianiculum Colonia, à Iano in Mesopotamiam sub Babylonia traducta.
Ianira, Nympha Oceani & Tethyos filia. Hesiod.
Ianes, nomen incantatoris ex eorum numero, qui Mosi restituerunt, cum signa faceret coram Pharaone. 2. ad Tim. 3.
Iantha, Nympha Oceani & Tethyos filia. Hesiod.
Ianualis, porta Romæ à Iano dicta, quæ semper clausa permanebat, nisi cum bellum foret.
Ianus, antiquißimus Ital. rex bifrons à gemina fronte dictus.
Ianum, Romani omnibus Ianuis præfuisse ferũt ob idq; clauigerum putarunt.
Ianus, geminus & Iunonius appellatus, quia Calendarũ quæ Iunoni dicatæ sunt, princeps.
Ianus, locus erat Romæ vbi fœneratores consistebant in regione Basilicæ. Ouid.
Iani templum, Romæ belli tempore aperiebatur, pacis claudebatur. Seruio.
Iani templum, Romæ fuit ad infimum Argiletum.
Ianalis. pen. prod. adiectiuum, vt Virga Ianalis.
Ianxuatis, ciuitas est Libyæ. Steph.
Iaolchos, ciuit. Magnesiæ quæ etiam Iolchos.
Iaones, pop. commilitones Leonidæ. Strab.
Iapetus, Cœli & Terræ filius Promethei pater.
Iapidia, regio est finitima Venetiæ regioni. Vul. Carsoda.
Iapides, pop. sunt Venetiæ regionis. Strab. lib. 7. (da.
Iapis. idis. vir Aetolus qui in regione Venetiæ, opp. de nomine suo condidit.
Iapygia, regio est Apuliæ in finibus Italiæ. Plin. Tierra de Otranto.
Iapiges, pop. sunt Iapygiæ regionis.
Iapigium, promont. Apuliæ, quod & Salentinũ dicitur. Vul. Cabo de Sancta Maria en tierra de Otranto.
Iapix, Dædali filius, à quo Iapyges pop. Solin. (rus.
Iapix, ventus est ex Italiæ ora proficiscẽs, qui & Cau-
Iargas, Iouis & Garamantidis Nymphæ filius. Getulorum Rex. Vide Virg. lib. 4. Aeneid.
Iarcas, siue Iarchas, Indorum Philosophorũ princeps.
Iarcieus, mons est Mediæ. Diod. lib. 3.
Iardanus, flu. est Peloponnesi. Hom. & Strab.
Iarnos, locus non longe à Chersonneso Thraciæ.
Iarsath, opp. est Mauritaniæ Cæsariensis. Ptol.
Iarzeta, ciui. est Lybyæ interioris. Ptol.
Ias, ciuit. Atticæ quæ postea dicta est Ionia. Strab.
Iasa, ciuitas quæ imminet Rubro mari, vbi est terminus Moabitarum prouinciæ.
Iasis. idis. dicta est Atlanta ab Iasio patre. Virg.
Iasius, Iouis & Electræ filius, Dardani frater. Virg.
Iason, filius Aesonis, fratris Peliæ Thessaliæ regis.
Iasonis res gestas referunt. Val. Flac. Iustinus, Diodorus Siculus.
Iasonium promontorium est Ponti Polemoniaci in Cappadocia. Hodie S. Thomas.
Iasonius, mons est Mediæ. Ptol.
Iaspis, opp. est Hispa. citerioris, vnde Iaspenses. Ptol.
Iasum, opp. Peloponnesi, vnde Iasides populi.
Iaßij, pop. sunt Pannoniæ superioris. Ptol.
Iassus, opp. est Cariæ in Asia minori. Ptol. vnde.
Iaßius, signus, à Iasso oppido eodem dictus. Plin.
Iassus, insu. Cariæ, cum oppido eiusdem nominis. Steph.
Iassus, ciui. est Armeniæ minoris. Ptol.

Iassus, ciuitas est Babyloniæ. Solin. c. 22.
Iathrippa, ciui. est Arabiæ prope Aegram. Steph.
Iatinum, ciuitas est Meldarũ Galliæ Lugdunensis. Vul. Meaux.
Iaxamatæ, pop. sunt Sarmatiæ Asiaticæ. Ptol.
Iaxartes, flu. est per deserta Scythiæ fluens.
Iaxtes, flu. est Bactrianorum in Asia, idem cũ superiori
Iaxabatæ, pop. ad Paludem Mœotida. Steph.
Iaziges Metanastæ, pop. sunt Septentrionales Europæ. Vulg. Septem castra, vel Transyluania.

I ANTE B.

Iberia, regio est Asiæ, finitima Colchis & Albanis. Vulgo Georgia.
Iberia, secundũ aliquos ab Iberis, hoc est, Hispanis primo culta & inhabitata.
Iberes, pop. sunt eius regionis incolæ.
Iberia, à Græcis cognominatur quæ à nobis Hispania.
Iberia, pars est Hispaniæ quæ infra Iberum flu. continetur. El Reyno de Aragon.
Iberi, pop. sunt Iberiæ, hoc est Hispaniæ.
Ibericum mare quod alluit Hispaniam à Meridie.
Iberiacus, & Iberus. a. um. siue Ibericus res ad Iberiam pertinens, vt Terræ Iberiacæ. Silio. lib. 3.
Iberus, flu. Hispaniæ citerioris, à quo Iberia dicta Hisp. Vulg. Ebro.
Ibettes, flu. est Sami inſ. Ioniæ. Plin. lib. 5.
Ibetha, ciuitas est Arabiæ felicis. Ptol.
Ibycus, Rheginus Poëta de quo Erasmus in Prouer.
Ibylla, vrbs Tarthessiæ ciues Ibyllini. Steph.

I ANTE C.

Icadius, prædo fuit, Cuius fatũ describit Cic. in li. de Fato.
Icadistæ, cognominati sunt Epicurei Philosophi. Athenæus. lib. 7.
Icaria, inſ. est inter Samon & Naxon in mario Icario. Vulg. Nicaria.
Icarium mare ab Icaro Dedali filio dictum.
Icarion, fuit nomen sæuissimi piratæ.
Icaris. idos. & Icariotis. idos dicta est Penelope. Ouid.
Icarius, Atheniens. Oebali Laconum regis filius, & Penelopes pater in Bootem astrum cœleste versus.
Icarius, mons est Atticæ regionis. Plin. lib. 4. c. 7.
Icaros, insula est vna è Sporadibus. Plin. Strab. Sol.
Icarus, Dædali filius, in mare decidens Icario mari nomen dedit. Ouid. Icarus, Icarijs nomina fecit aquis.
Icesitani, pop. sunt Lusitaniæ in Hispania.
Ichana, opp. Siciliæ, gentile Ichanius. Steph.
Ichanenses, pop. sunt Siciliæ stipendiarij. Plin.
Ichara, inſ. est adiacens Arabiæ in sinu Persico.
Ichnæ, opp. est in ora Macedoniæ. Plin. lib. 4.
Ichthicusa, inſ. est quæ postea dicta Icaros, nũc Nicaria
Ichthyophagi, idest, piscibus viuentes, populi sunt Indorum. Strab. lib. 15.
Ichthyophagi, populi sunt Aethiopiæ interioris. Ptol.
Ichthyophagi, pop. sunt Arabiæ felicis. Ptol.
Ichthys, promont. est Elidis in Achaia. Thucyd.
Icium nauale, promontorium Belgicæ, vnde Cæsar in Britanniam traiecit. Vul. Cales.
Icoani, ciuit. est Cariæ in Asia. Ptol. melius Bitona.
Icocium, opp. est Bæticæ conuentus Gaditani. Plin.
Iconij, pop. sunt prouinciæ Narbonensis. Strab. lib. 4.
Iconium, oppi. est Ciliciæ in qua Cicer. se habitasse ait. Vulgo Cogni.
Icos, inſ. vna Cycladum Eubœæ proxima. Steph.
Icositania, regio est contributa Ilicis. Plin. lib. 3.
Icosium, opp. Mauritaniæ Cæsariensis. Solin.
Icosion. onis. opp. idem quod Icosium. Plin. lib. 5. c. 2.
Icositanus Episcopus, legatus prouinciæ Mauritaniæ Cæsariensis ex Concilio Carthag.
Ictimulorum, vicus est iuxta Vercellas.
Ictus, Tarentinus palestrita nobilis, omni vita Veneris expers, vt arti accommodatior esset. Aelian.
Icus, inſ. est contra Magnesios. Strab. lib. 9.

I ANTE D.

Ida, sylua Troiana, iudicio Parid. de Pomo aureo nota
Ida altera, sylua Cretæ vbi nutritus fuit Iuppiter.
Ida, mons est Aeolidis. Plin. lib. 5. c. 30.
Ida, appellata fuit Dardani Scytharum regis filia.
Ida, viri Troianorũ preconis proprium. Hom. (dia.
Idæa, prius vocata est quæ postea Creta. Diod. Vul. Cã
Idæa, ciui. Lycaoniæ in confinibus Galatiæ.
Idæi Dactyli, pop. fuerunt Cretæ inſ. Plin.
Idæus. a. um. res ad Idam pertinens, vt Idæum nemus.
Idæus, Rhodius versificator scripsit Rhodiorũ res gestas.
Idicus. a. um. possessiuũ ab Ida monte. Pli. li. 16.
Idale, opp. est in Troade. Plin. & Lucan. lib. 3.
Idalium, Cypri insu. opp. Veneri sacrum.
Idalus, mons est Cypri ad cuius radices situm Idalium.
Idalius. a. um. adiect. vt Venus Idalia. Virg.
Idathyrsus, rex Scytharũ qui bello res magnas gessit.
Idara, ciui. est Arabiæ felicis. Ptol.
Idara, ciui. est Syriæ curuæ. Ptol.
Idas, Aphareí filius, virorũ sui sæculi formosissimus.
Idaspes, flu. qui supra Hydaspes.
Ideonnia, pop. sunt Alpium incolæ. Strab. lib. 4.
Idetani, siue Edetania regio Hisp. Citerioris.
Idetes, pop. Iberici. Steph.
Idicara, ciui. est Arabiæ desertæ. Ptol. melius Adicara.
Idicara, ciui. est Babyloniæ. Ptol.
Idij, montes sunt in Sarmatia Europæ.
Idmon, vates inter Argonautas, Apollinis filius.
Idomena, ciui. est Emathiæ in Macedonia. Ptol.
Idomenenses, pop. superioris Idomenæ.
Idonis, regio est Macedoniæ. Ptol.
Idotæa, Præti Aegiuorum regis filia. Hom. in Odyſ.
Idrias, vrbs Cariæ quæ prius Crysaoris. Steph.
Idrius Car. filium habuit Euromum, à quo nomen vrbi Caria Steph.
Idubeda, mons est Hisp. citerioris qui Ausensis.
Idubeda, fluuius est Hisp. Plin. lib. 3. c. 3.
Idumæa, regio est Palæstinæ ab Occasu Iordanis.
Idumæus. a. um. ad Idumæam regionem pertinens.
Idumanius, flu. est Britanniæ inſ. Ptol.
Idunum, opp. est Norici regionis. Ptol.
Idua, dicta est mater Medeæ. Cic. quam Ouid. Ipsea vocat.
Idurius, opp. est Cariæ regionis. Ptol.
Idyrus, vrbs & fluuius Pamphiliæ. Steph.

I ANTE E.

Iebba, opp. est Phœnices iuxta Carmelum montem.
Iebus, ciuitas est metropolis, quæ postea Salen, tertio Hierosolima, vnde Iebusæi.
Iellia, ciuitas est Galliæ Cisalpinæ. Strab. lib. 5.
Iena, æstuarium est Britanniæ inſ. Ptol.

Ienysus, vrbs Syriæ ditionis Arabum. Herod. lib. 3.
Ieptanacra, promont. est Indiæ. Solin.
Iera, Nympha sic ab impetu dicta.
Ierasus, fluuius est Daciæ. Ptol.
Ierna, siue Iuuernia, ins. Oceani quæ Hibernia. Vul. Irlanda.
Ierna, flu. est Hisp. Pomp. lib. 3.
Iernus, flu. est Iernæ insulæ. Ptol.
Iernis, ciui. est in Hybernia. Ptol.
Ierusalem, vrbs est Iudææ celeberrima.
Ies, ietis. ciui. est Achaiæ. Tortellio.
Iespus, opp. est Iacetanorum in Hispania. Ptol.
Iesus, nomen est Redemptoris ac Saluatoris nostri.
Iesus apud Hebræos disyllabū, apud Græcos trisyllabū.

I ANTE G.

Igilgile, opp. est Mauritaniæ Cæsariensis. Ptol.
Igilium, siue Iginium ins. est in mari Tusco. Pomp.
Iginates, æ, flu. Aquitaniæ Occidentalis.
Igilliones, pop. sunt Sarmatiæ Europæ.
Igleta, pop sunt Hisp. Strab. lib. 3.
Ignatius. Vul. Iñigo de Loyola primus SOCIETATIS IESV Auctor atq; Institutor, nobili genere natus, & summa sanctimonia præditus, natione Cantaber, patria Guipuzcoa, vel Prouincia Vulgo dicitur. De eius vita Pater Riba de Neira, eiusdē Societatis IESV, duo edidit volumina vnū Latine, alterum vero Hispane. Et Frater Laurentius Surius.
Ignetes, pop. Rhodi. Steph.

I ANTE L.

Ilarcuris, opp. est in Hispania. Ptol.
Ilas, flu. est Britanniæ ins. Ptol.
Ilegium, opp. est Pelasgiotarum Macedoniæ. Ptol.
Ilerda, ciuitas est Hisp. citerioris. Vul. Lerida.
Ilerdenses, pop. Hispaniæ conuentus Cæsaraugustani.
Ilercaones, pop. sunt Hispaniæ citerioris. Ptol.
Ilercaones, dicuntur. Ptol. qui Ilergaones. Plin.
Ilergetes, pop. sunt Hisp. citerioris Ptol. Los de Vrgel.
Ileston, opp. Bœotiæ celebre. Hom.
Iletta, ciuitas est Thessaliæ. Plin. lib. 4. c. 8.
Ilia, quæ & Rhea Romuli & Remi mater à Marte cōpressa. Virg. Serui.
Iliacus. a. um. qui in Ilio natus est.
Iliensis, qui alibi ortus in Ilio negotiatur.
Iliadæ, dicuntur Troiani viri vel fœminæ.
Ilias, adis. opus Homeri clarissimum.
Ilice, ciui. Hisp. citerioris. Vulg. Alicante à qua.
Ilicitanus sinus, ab Ilice cognominatus. Vulg. Golfo de Alicāte.
Ilicitanus portus, ab eadem ciuitate dictus.
Ilienses, pop. Sardiniæ ab Ilio oriundi. Pomp.
Ilione, filiarum Priami natu maxima. Virg.
Ilionenses, pop. Italiæ. Plin. lib. 3. c. 5.
Ilioneus, Phorbantis filius, eloquentia excelens. Hom.
Ilipa, cognomine Italica, opp. est Bæticæ. Plin.
Ilipulæ, duæ sunt in Bætica prouincia. Ptol.
Ilipula, quoque mōs ab eodem. Ptol. ponitur. Vul. Sierra Neuada.
Ilipenses, siue Ilipulenses inde dicti.
Ilipensis Episcopus ex Cōcilio Hispalē. forte Ilipulēsis.
Ilissus, flu. est Atticæ Musis sacer.
Ilissus, flu. est imbri insulæ. Plin. lib. 4. c. 12.
Ilissus, flu. est Bœotiæ. Herod. lib. 7.
Ilithya. i. Lucina ciuitas est Aegypti.
Ilithyia, dicta Diana quæ parientibus assistere putabatur. Ouid.
Ilium, ciuitas Phrygiæ, siue Troadis quæ & Ilion & Ilios, ab Ilo rege ampliata.
Illetia, ins. est contra Ephesum. Plin. lib. 5.
Illiberis, opp. clarissimū Hisp. citerioris forte Granata.
Illiberis, opp. & flumen prouinciæ Narbonensis. Plin. lib. 3. c. 4. Forte Salsas.
Illiberitanus, a. um. ad Illiberos pertinens.
Illuro, opp. paruum Hispa. citerioris. Pomp.
Illyris. Liburniæ seu Dalmatiæ portio est, nunc Esclauonia.
Illyrij, pop fuerunt Liburniæ regionis. Plin.
Illyricus, a. um. vt Nigrior Illyrica pice. Ouid.
Illyricum mare, quod adiacet regioni Illyridi.
Illyricanus. a. um. in Codice Iustinianeo legimus.
Illyris, ins. est in mari Lycio è regione Lyciæ. Plin.
Ilorci, opp. in Europa situm. Plin.
Ilorcitani, siue Lorcitani, pop. citerioris. Hispan.
Ilua, siue Ilba, ins est in mari Tusco. Plin. Vulg. Elba.
Ilucia, opp est Hispan. Oretanis.
Ilunum, opp. est in Hispa. Ptol.
Iluratum, opp. in Taurica Chersonneso. Ptol.
Ilurbida, ciuit. est Carpetanorum in Hispa. Ptol.
Ilurcis, Iberiæ vrbs à Sempronio Graccho postea dicta Gracchuris.
Ilurco, opp. est Bæticæ. Plin lib. 3 c. 1.
Ilus, Trois Troianorū regis filius, qui Iliū ampliauit, nam à Dardano fundata est. Virg.

I ANTE M.

Imaus, mons Indiæ, Taurus ab Initio cognominatus.
Imbarus, mons est Ciliciæ. Plin. lib. 5. c. 27.
Imbraeus, vnus ex Centauris.
Imbrasus, flu. Sami ins. Plin. lib. 5.
Imbrinium, siue Simprinium, locus iuxta Anienem.
Imbrini colles & Imbrinina stagna ab Imbrinio.
Imbros, ins. est cōtra montē Atho. Pli. li. 4. Vul. Lēbro.
Imeni, & Imensani, pop. sunt Britanniæ.
Imola, vrbs in Aemylia, quæ olim Forum Cornelij.
Imphes, pop. vicini Perrhæbis. Steph.
Imyra, vrbs Phœniciæ. Steph.

I ANTE N.

Ina, ciui est Syriæ curuæ. Ptol.
Ina, quoq; ciui. est in Sicilia insula. Ptol.
Inachia, regio quæ Io vocabatur.
Inachis, ipsa Io inachi filia patronym, fœmin.
Inachia, vocatur tota Peloponnesus. Steph.
Inachia, puellæ nomen adamatæ ab Horatio.
Inachus, flu. Argiuorum & Iuppiter eius filius.
Inachus, Iasus, vel Ius pater fuit, primus Argiuorum rex, a quo Inachius. a. um.
Inachius. a. um. Virg. Inachiæ Iuno postē meditata iuuentæ.
Inalpini, dicuntur qui Alpium initia & fauces incolunt
Inarime, ins. est in mari Tusco. Plin. Vul. Ischia.
Inarimea statione nauium Aenaria dicta est.
Inatus, vrbs Cretæ. Steph.
Incubi, dicti sunt Syluani, ac Fauni.
Indara, Sicanorum ciui. Steph.
India, regio Orientalis, quæ in duas diuiditur.
India, citra Gangen & India vltra Gangen.
Indiam, aliqui ob insignem Vastitam tertiam orbis partem esse tradiderunt.

Indi, pop. sunt incolæ vtriusq; Indiæ regionum.
Indicus.a.um. & Indus.a.um. adiectiua ab India.
Indica, vrbs Iberiæ prope Pyrenæum.
Indigetes, siue Indigeti, pop. Hisp. citerioris.
Indus, flu. est Indorum à quo India appellata.
Indus, flu. alter cognominis in Caria.
Industria, opp. est Galliæ Togatæ. Plin. lib. 3. c. 5.
Incus, flu. est Illyridis siue Liburniæ. Ptol.
Inferum mare, dicitur Tyrrhenum: sicut Superum. Adriaticum.
Ingauni Ligures, pop. sunt Galliæ Cisalpinæ.
Ingena, ciui. est Galliæ Lugdunensis. Ptol.
Ingeuones, pop. sunt Septentrionales Europæ. Plin.
Inginini, pop. sunt Vmbriæ in Italia. Plin. lib. 3.
Ingriones, siue Ingeuones, pop. sunt Germaniæ.
Inguinium, vrbs Lyguriæ, vetustate nobilis. Vulgo Albenga.
Ino fuit Cadmi & Hermiones filia, vxor Athamantis, Thebarum Regis. Cic. lib. 2. de Nat. Deorum.
Insani montes, memorantur in Sardinia. Floro.
Insibes, pop. sunt Africæ.
Insubres Galli, pop. Galliæ Cisalpinæ quorum metropolis Mediolanum. Los del Ducado de Milan.
Insubria, regio cuius pop. Insubres dicuntur. El Ducado de Milan.
Insula boni dæmonis, est in mari Indico. Steph.
Insu. Deorum, Hisp. adiacentes. Ptol.
Insu. beatorum. i. Macaron nisi, ad promontoriū Tauri montis exhibitæ. Pompon. lib. 2. c. 7.
Ins. Veneris adiacens Cyrenaicæ regioni. Vulg Isla del Patriarcha.
Intemelium, opp. est Liguriæ. Plin. lib. 3. c. 5.
Interamnates, pop. Italiæ ad Interamna oppido.
Interamna, oppidum est Prægutiorum in Italia. Ptol. Vulg. Terrano en Abbruzzo.
Interamnani, pop. Vmbriæ qui interierunt. Plin.
Interamnates, cognomine Nartes, pop. Italiæ.
Interamna, opp. dictum quod inter omnes sit constitutū
Interamnium Flauium, opp. est Hisp. Ptol. (Var.
Interamnium, opp. alterum in Hispania. Ptol.
Intercusenses, pop. sunt Lusitaniæ stipendarij. Plin.
Intercatia alia, ciui. est Vaccæorum Hisp. Ptol.
Interocrea, ciuitas est Italiæ. Strabon. Vulg. Interdoco, enel Reyno de Napoles.
Intuergi, pop. sunt Germaniæ magnæ. Ptol.
Inutrium, oppidum est Vindeliciæ. Ptol. Vulgo. Mitem vualdt.
Inyssus, vrbs Aegypti prope Casium montem. Steph.

I ANTE O.

Io, huius Ius, filia Inachi regis Argiuorum à Ioue adamata, ac in vaccam conuersa, postea Isis dicta. Ouid. lib. 1. Metam. 1.
Iobacchi, pop. sunt Aegypti. Ptol.
Iobacchus, Bacchi cognomen est à voce & clamo. derivatum.
Iobula, ciui. est Albaniæ. Ptol.
Iocasta, filia fuit Creontis, & vxor Laij Thebanorum Regis, quæ occiso marito insciens nupsit filio.
Iochabella, nomen est matris Mosis. Iosepho.
Iol, Cæsarea ciuit. est Mauritaniæ Cæsariensis. Vulgo. Bugia.
Iolaca, regio est in Sardinia. Diod. lib. 5.
Iolaus, Epieli fuit filius, à quo Sardinij Iolenses.
Ioleos, opp. est Magnesiæ in Macedonia. Plin.
Iolciacus.a.um. ab Iolco. Ouid. Portus Iolciacus.
Iole, Euriti regis Aetoliæ filia quàm amauit Hercules.
Iolenses, pop. sunt Sardiniæ insu. Strab. lib. 5.
Iolis, regio est Indorum. Pomp. lib. 3. c. 7.
Iolisotæ, pop. sunt Arabiæ felicis. Ptol.
Iolum, mons Perrebiæ incolæ Ioli. Steph.
Ion, Poeta Græcus, cuius meminit. Plutar.
Ion, Xuti filius à quo Ionia dicta Atheniensium ciui. sicut à Cecrope, Cecropia.
Ion, opp. fuit in Attica regione. Plin. lib. 4.
Ionaca, ciuitas est Persidis regionis. Ptol.
Ione, ciuit. Palæstinæ, quæ alias Gaza. Steph.
Ionia, regio est minoris Asiæ inter Cariam & Aeoliā.
Ionia, ab Iono Atheniensium duce cognominata.
Ionia, quoq; dicitur pars Atticæ & Iones Attici.
Ionica regio, ab Ione Naulochi filia dicta est. Solin.
Iones, pop. sunt Ioniæ Asiæ regionis. Herod. lib. 3.
Ioniacus, Ionicus, Ionius.a.um. adiect. ab Ionia.
Ionide, viccus Atticæ in Tribu Aegeidæ. Steph.
Ionium mare, quod à Sicilia in Orientem tendit.
Ionium mare, Græcis partim Siculum partim Creticū appellatur.
Iontij, pop. sunt, Africæ propriæ. Ptol.
Iopas, Rex Afrorum, vnus ex procis. Didonis. Virgil.
Ioppe, op. est Palæstinæ maritimū. Vul. Puerto de Iaffa
Ioppica, Toparchia est Iudeæ Palæstinæ. Plin. lib. 5.
Iordanis, flu. est Palæstinæ, eximiæ suauitatis. Plin.
Ioron, opp. & Iori pop. Macedoniæ. Ptol.
Ios, insu. vna è Cycladibus, in qua sepultus. Homerus. Vulg. Nio.
Iotapa, ciui. est Selentidis asperæ in Cilicia.
Iotapata, vrbs in Syria à conditore sic vocata. Steph.
Iouianus, Pontanus multa scripsit cum prosa oratione, tum carmine.
Iouinianos, diuus Maximinus voluit vocari, qui se fortiter in Illyrico gessissent.
Iouis, genitiuus est à Iuppiter, vnde Iouis gemma. Pli.
Iouis fanum, opp. est Lydiæ siue Mæoniæ in Asia.
Iouis, ciuitas grandis, quæ Græce Diopolis, ciuitas est Aegypti. Ptol.
Iouis mons, id est. Dios oros, est in Africa. Ptol.
Iouis, mons est in Hisp. Tarraconensi. Pomp. lib. 2. Forte Mon Iuy.

I ANTE P.

Ipana, vrbs circa Carthaginem. Steph.
Ipasturgi, quod Triumphale, opp. Bæticæ. Plin.
Iphates & Testorius, filij fuerunt Priami ex Periuia Idæa Nympha, in bello Troiano occisi.
Iphiclus, Amphitrionis & Alcmenæ filius, vno partu cum Hercule editus. Seruio.
Iphicrates, vir Atheniensis rerum gestarum magnitudine insignis, & disciplinia militari nobilis.
Iphidamas, Antenoris filius, corpore lato ac procero ab Agamemnone interemptus. Hom.
Iphigenia, Agamemnonis & Clitemnestræ filia.
Iphimedia, vxor fuit Aloei, à Neptuno compressa.
Iphinous, vnus ex Centauris.
Iphis, puer liberali specie qui se ipsum laqueo suffocauit

Iphitus, vir fuit Troianus, quem armis maximum dixit Homerus.lib.8.Iliad.
Iphitus, filius Praxonidis qui primus Olimpiada instituit.
Iphitus Euriti filius quē Hercules è turri precipitauit.
Ipho noua, opp.est Bæticæ.Plin.lib.3.c.1.
Ipnus, untis. Vrbs Locrorum Ozolorum.Steph.
Ipnusia, parua regio in Samon, vbi Iunonis ipnuntidis, templum erat.Steph.
Iporus, flu.est Siciliæ ins.Ptol.

I ANTE R.

Irasta, locus est in Africa.Herod.lib.4.
Irath, opp.est Mauritaniæ Cæsariensis Ptol.
Irethria, opp.est Eubœæ.Hom.2.Iliad.
Iria, in Britannia ponitur.Diod.lib.100.
Iria, ciui.est Taurinorū in Italia.Ptol.Vul.Voghera.
Iria Flauia, ciuitas est Galliciæ in Hispania.Ptol.Vulg. Santa Maria finis terræ.
Irienses, ab hoc opp. Vnde Episcopi Irienses.
Irine.es.insu.est in sinu Argolico.Plin.lib.4.
Irinopolis, ciui.est Ciliciæ mediterranea.Ptol.
Iris.idis.fluuius est Cappadociæ.Ptol.& Strab.
Iris, Taumantis fuit filia & Iunonis nuntia.Virg.
Irus, Ithacensis medicus fuit vnus è procis Penelop.

I ANTE S.

Is, vrbs est prope Babylonem apud quam Is, flu. Hero.
Isaca, flu.est Britanniæ ins.Ptol.Vulg.Ex.
Isæus, Assyrius Rhetor, cuius inuentum esse fertur omnem materiam in breue conijcere.
Isamnium, promont.est Hyberniæ ins.Ptol.
Isander, filius fuit, Bellerophōtis & Archimenes.Hor.
Isapis, fluuius est Galliæ Cisalpinæ in Italia. Vul. Albs, torrente en Marca de Ancona, cerca de Pesaro.
Isapis, non Sapis. Luc. Crustumiusq; rapax & iūctus Isapis Isauro.
Isara, flu.est prouinciæ Narbonensis Floro.
Isarges, flu.est Mauritaniæ Cæsariensis.
Isatichæ, pop.sunt Carmaniæ desertæ.Ptol.
Isaura, orum opp.est Isauriæ regionis Galatiæ.Ptol.
Isauria, siue Isaurica, regio finitima Ciliciæ.Strab.
Isauria, à qua Isauricus cognominatus est Seruilius. Flo.
Isauri, pop.sunt Isauriæ regionis.
Isaura, prius dicebatur quæ postea Claudiopolis.
Isburus, flu.est Siciliæ ins.Ptol.
Isca, ciuit.Britanniæ ins.Ptol.
Ischalis, ciuitas est Britanniæ.Ptol.Vulg.Ilchestre.
Ischeri, ciui.est Libyæ interioris.Ptol.
Ischomache, dicta Hippodamia quæ Pyrithos nupsit.
Iscopolis, ciui.est Ponti Cappadocum iuxta Sidonem.
Iscia, insula contra Veliam opp.Italiæ.Plin.lib.3.
Iscina, opp.est Africæ inter duas Syrtes.Ptol.
Isidis, ciuitas in Aegypto vbi Isis dea colitur.Plin.
Isidis, ins.in sinu Arabico Aethiopiæ.Ptol.
Isidis, mons in vrbe Augustana.Vulg.Isemberg.
Isis, idis.inachi filia prius Io dicta.
Isiaci, dicti sunt Isidis sacerdotes.
Isius, mons est Aethiopiæ sub Aegypto.Ptol.
Ismaela, Arabiæ parua regio, incolæ Ismaelitæ.Steph.
Ismaris, idis.lacus est Thraciæ.Herod.lib.7.
Ismarus, mons est Thraciæ, vbi Ismara Ciconum oppidum fuit Ismaris quoq; stagnum est.
Ismarius.a.um.adiect.vt, equi Ismarij.Ouid.
Ismene, Oedipi filia quæ cuidam Athy Cyrrheo iuueni desponsata fuit.Stat.
Ismenias, nomen Thebani optimi tibijcinis.A.puleio.
Ismenus, flu.Bœotiæ vnde Ismenius.a.um.
Isocrates, nomen maximi oratoris Atheniensis.
Isocrates, superioris auditor ex Apollonia Ponti. Sui.
Isocrates, & Machaon, præfecti classis Corinthiorum contra Athenienses, in Peloponnesiaco bello.
Ison, opp.est Peloponnesi.Strab.
Isondæ, pop.sunt Sarmatiæ Asiaticæ.Ptol.
Isonoe, ciuitas est Assyriæ regionis.Ptol.
Ispa, ciui.est Armeniæ minoris.Ptol.
Ispaluca, opp.est Gispaniæ citerioris.
Ispellum, ciui.est Vmbriæ in Italia.Strab.lib.5. Vulgo Spello.
Ispinum, opp.est Carpetanorum in Hispania.Ptol.
Isporis, vicus est Syrtis magnæ.Ptol.Hodie Naym.
Israel, nomen Patriarchæ Iacob. Interpre. Vir videns Deum.
Israelitæ, dicuntur qui è stirpe Israelis sunt.
Issa, insula est in sinu Illyrico, cum eiusdem nominis oppido. Vulg Lissa.
Isseus.a.um.adiect.res ad Issam pertinens.
Issa, nomen est catellæ.Martial.Epigram.138.
Issedones an Essedones populi Scythiæ.Herod.lib.4.
Issiorium vrbs Laconiæ, vnde Diana Issioria.Steph.
Issos, vrbs est Ciliciæ Alexandri contra Darium victoria nobilis, ideoq; Nicopolis dicta.
Issicus, sinus, à loco Isso Ciliciæ cognominatus.
Issi, portus Ponti Cappadocum iuxta Sidonem.Ptol.
Istas, flu.est Britanniæ.
Ister, flu.est idem qui quoq; Danubius dicitur.
Isteuones, pop.sunt Germaniæ.Plin.lib.4 c.14.
Istiæotis tractus, ad Ossam & Olympum iacet.Her.
Isthmos, terra est angusta inter duo maria.
Isthmus, proprie Peloponnesi iuxta Corinthum.Vulgo. Estrecho de Morea.
Isthmus, cursus Achillis in Sarmatia Europæ.
Isthmum fodere, est frustra aliquid moliri.Eras.
Isthmiacus.a.um. & Isthmicus.a.um. res ad Isthmum pertinens.
Isthmia.orū.ludi Palemoni sacri, qui ad Isthmū fiebāt.
Istonium, opp.est Celtiberorum in Hispania.Ptol.
Istone, mons Corcyræ proximus, vnde Istoneus. Steph.
Istonium, opp.est Ferentanorū in Italia.Vulg. Estomi.
Istria, Italiæ regio finitima Liburniæ in Europa.
Istrici, pop.sunt regionis Istriæ.
Istriana, ciui.est Themorum in Arabia felici.Ptol.
Istrianus, flu.est Tauricæ Chersonnesi.Ptol.
Istropolis, ciui.est Thraciæ ab Istro flu.dicta.
Istros, ciui.est Mysiæ superioris.Ptol.
Istrus, ciuitas est Cretæ, quæ & Istron.Steph.
Isurum, opp est Britanniæ.Ptol.
Isus, & Antiphus, priami, fueri filij.Hom.
Isuuium, opp.est Vmbrorum in Italia.Ptol.Vulgo.Eugubio à.20.millas de Citta Castello.

I ANTE T.

Italia, regio Europæ omnium nobilissima.
Italia, in.11.regiones diuiditur.Plin lib.3.
Italiam, olim Hesperia, Ausonia & Oenotria dicta.
Italides.æ.patronymicum, vir ex Italia.
Italis.idos.in forma patronymica femina ex Italia.
Italicus.a.um.pro eo quod est Italus.a.um.

Italus.a.um.ad Italiam pertinens.
Italica,vrbs Italiæ,quæ alio nomine Corfiniumi.Steph.
Italica,ciui.Bæticæ,patria Traiani Cæsaris.
Italicensis.e.nomen gentile ab hac Italica.
Italicus ager in Sicilia.Steph.
Itamos,portus & ciuitas Arabiæ felicis.Ptol.
Itanos, siue Itanum promontorium est Cretæ insulæ. Ptol.Vulg.Paleocastro.
Itargus,flu.est Ouid.in consolatione ad Liuiam.
Itea,vicus in tribu Acamatide.Steph.
Itericon,ins.est.Strab.lib.10.
Itesui, pop.Galliæ Lugdunensis.Plin.lib.4.c.10.
Ithaca,ins.parua adiacens Epiro quæ Aetoliæ. Vulgo Compare.
Ithacensis & Ithacus,cognominatus est Vlysses.
Ithacesius.a.um.vt Sedes Ithacesia.Silic.lib.8.
Ithacesiæ,ins.contra Vibonem,Brutiorum opp.
Ithomæ, opp.Messeniæ in Peloponneso.Ptol.
Ithomæ,alterũ in Thessalia,vnde Ithomæus Iuppiter.
Ithyphalli,curatores Bacchi qui in Orchestera saltabãt
Ithyra,vrbs in Tauro monte Parthiam versus,à qua.
Ithyræus.a.um.pro eo quod est Parthicus.a.um.Ser.
Ituræus,sine aspiratione & u.in prima legit Merula.
Itiarx,quæ & Physcon,mons dicitur in Tuscia.
Itium, promont. Galliæ Belgicæ, circa quod Caletum. Vulg.Cales.
Iton.onis.oppi.eorum qui fuerunt cũ Protesilao.Strab.
Itonas,populos Hercules profligauit.Diod.
Itonia,opp.est in sinu Malliaco.
Itonia,Pallas,cognominatur ab Itonia.Catul.
Ituci,quæ Virtus Iulia,opp.est Bæticæ.Plin.lib.3.
Ituna,æstuarium est Britanniæ.Ptol.
Ituni,pop.sunt Galliæ Lugdunensis.
Ituræi,pop sunt Syriæ cœles,idest,curuæ.Plin.lib.5.
Ituria,regio est,à qua Ituræi pop.Strab.lib.17.
Iturisse,ciuitas est Hisp.citerioris.Ptol.
Iturum,opp.est Vmbriæ in Italia.Strab.lib.5.
Itylus & Neis filij fuerunt Zethi ex Aedone coniuge.
Itymoneus,Hyperochi filius,vir in primis strenuus.
Itys,flu.est Britanniæ.Ptol.
Itys , filius Terei regis Thracum conuersus in auem Phasianum.

I ANTE V.

Iuba,rex Mauritaniæ,quem Cæsar vicit.Plu.
Iudæa,Syriæ regio quæ Palæstina cognominatur.
Iudæi,pop.sunt Iudeæ Palæstin.Syriæ.
Iudaicus.a.um.adiect.vt Iudaica superstitio.Quint.
Iudæi,à Iuda filio Iacob dicti sunt, qui fuit vnus.12.Patriarcharum,à quo Christus venit.
Iuernia,ins.quæ Hybernia.Vulg.Irlanda.
Iugantinus,Deus qui iugis præesse putabatur.
Iugarius , vicus Romæ fuit vbi Iunonis iugæ ara erat.
Iugurtha,rex Numidarum,à Mario Consule victus.
Iugurthinus.a.um.Quinti.Crisp.Iugurthinæ conditor historiæ.
Iula,ciui.est Arabiæ felicis.Ptol.
Iuleus & Iulius,vt infra.
Iulia Augusti filia.Solin.
Iulia,vrbs Italiæ à Dædalo condita Steph.
Iulia Apta,opp.prouinciæ Narbonensis.Plin.
Iulia Augusti,ciui.est in insula Gadibus.Plin.
Iulia Cæsarea,ins.iuxta fretum Herculeum. Vulg.Isla de Colombi.
Iulia Campestris,eadem quæ Babba Mauritaniæ.
Iulia Claritas,quæ Attubi oppidum Bæticæ conuentus Astigitani.Plin.lib.3.c.1.
Iulia,Concordia cognomento quæ Vertobrige in Hisp.
Iulia Constantia,quæ Osset in Bætica.Plin. Lugar enfrente de Seuilla,el qual oy llaman Seuilla la Vieja.
Iulia Constantia,opp.in ora Mauritaniæ.Plin.
Iulia Contributa,quod Vculiuniacum,opp.Bæticæ.
Iulia Fama quæ Seria,ciuitas Bæticæ eidem.
Iulia Fidentia,opp.est Bæticæ eidem.
Iulia felix,eadem quæ Berytis in Phœnice.Plin.
Iulia felix,quæ Olysippo,opp.Lusitaniæ.Vulg.Lixboa.
Iulia liberalitas,quæ Ebora,opp.Lusitaniæ.Vul.Euora
Iulia Libica,opp.est Hisp.a.Ptol.
Iulia Myrtilis.ciu.mediterranea Lusitaniæ.Ptol. Vul. Vaena.
Iulia pietas,quæ prius,Pola,colonia est Istriæ.
Iulia Restituta,quæ Segede opp.Bæticæ.Plin.
Iulia Traducta,eadem quæ Tingi in Mauritania. Plin. lib.5.c.1.Vulg.Tanger.
Iulia Virtus,quæ Ituci,opp.Bæticæ conuentus Astigitani.
Iulia,opp.est Norici.Plin.lib.4.c.34.
Iulia gens,dicta ab Iulo Ascanio,Aeneæ filio.Fest.
Iulias,adis.opp.est Galilææ in Palæstina.Ptol.
Iulienses,qui Teari pop.conuentus Tarraconensis.
Iulienses,pop.sunt Phrygiæ magnæ.Plin.
Iulienses,qui Astigi,pop.sunt Bæticæ.Plin.
Iulij genitor,quod Vergentum,opp.Bæticæ.Plin.
Iuliobona, ciuit. est Galliæ Lugdunensis.Ptol. Vulgo. Honsleur.
Iuliobriga,oppidum Cantabrorum Hispaniæ citerioris Ptol.Vulg.Logroño.
Iulij Octauianorũ,Colonia est prouinciæ Narbonensis.
Iuliogordus,ciuit.est Lydiæ in Asia propria.
Iuliola,ciuit.est Sardiniæ ins.Ptol.
Iuliomagus,ciuit.est Galliæ Lugdunensis.Ptol. Vulgo. Augierg.
Iuliopolis,ciuitas est Ponti,siue Bithyniæ.Ptol.
Iuliopolis,ciuitas est Armeniæ maioris Ptol.
Iuliopolis,ciui.est Phrygiæ minoris.Ptol.
Iulis,opp.est Ceæ ins.vel Co.Ptol.
Iulium Carnicum,opp.est Carinthiæ in Norico. Ptol. Vulg.Goricia.
Iulium præsidium,quæ Scalabis, Colonia est Lusitaniæ Ptol.Vulgo Trugillio.
Iulius dictus est Cæsar,q, hoc mẽse creatus sit dictator.
Iulianus.a.um. adiectiuum ; vnde Iuliani milites dicti Cæsariani.Sueton.
Iuleus & Iulius.a.um.Ouid.Tẽpus Iuleis cras est natale Calendis.
Iulus,filius Aeneæ alio nomine Ascanius.Virg.
Iuna,ciui.est Albaniæ regionis Asiæ.Ptol.
Iuncaria,ciui.est Hisp.a.citerioris.Ptol.
Iuncarius campus,in Tarraconensi ponitur.Strab.
Iuno,parturientibus quoq; adest,vnde Lucinæ nomen, & Curetis, quia vtitur curru & hasta.
Iunonia,cognominata est Carthago.Sol.cap.40.
Iunonia,maior & minor,ins.sunt ex fortunatis.Sol.
Iunonis templum cum promontorio in Bætica. Pomp. Vulg. Puerto de Santa Maria. Alijs.Puerto Bejar.
Iunonis Corinthiacæ fanum,in Peloponneso.Ptol.
Iunonis Argiuæ templum,in Campania Italiæ.Pli.

Iunonis sacrum, ponitur in Melita insula. Ptol.
Iuno, insula vna ex Canarijs. Ptol.
Iuollum, opp. est Pannoniæ inferioris. Ptol.
Iuppiter, iris. vel Iouis, à Poetis dicitur. Diuum atque hominum rex, à maiorib. autem Optimus Maxim.
Iouis, dictus primus à iuuando, postea Iuppiter.
Iouis Dodonæi templum, ponitur in Epiro regione.
Iura, rium, mons est Galliarum terminus. Plin. lib. 3. ca. 4 Vulgo Monte de Faucilles.
Iuraßus, mons idem Martiano & Solin. cap 34.
Iuraßus, mons idem Galliæ Belgicæ. Ptol.
Iuraßus, dicitur Strab. lib. 4 in quo interpretes errauerunt vertentes Ocurasium.
Ius, mons est Aethiopiæ interioris. Ptol.
Iusgum, opp. est Siciliæ. Plin. lib. 31. c. 2.
Iustiniana, quæ prius Syca ciuitas Propontidis.
Iuturna, Nympha Turni soror à Ioue viciata. Virg.
Iuuenalis, nomen proprium Satyrici Poetæ.
Iuuerna, ins. maris Atlãtici, quæ Hybernia. Vul. Irlãda.

I ANTE X.

Ixia, locus est in Rhodo insula. Strab. lib. 14.
Ixibatæ, pop. iuxta Pontum prope Indicam Steph.
Ixion, rex Thessaliæ, qui à Ioue ad inferos delectus volubili rota perpetuo voluptatur. Ouid.
Ixioneus. a. um. vt, Orbis Ixioneus. Virg. Georg. 4.
Ixionides, dicitur Pirithous Ixionis filius. Propert.

I ANTE Z.

Izata, opp. est Mauritaniæ Cæsariensis. Ptol.

DE LITTERA L.

LAa, ciui. est in Peloponneso, de qua Hom.
Laatha, ciui. est Arabiæ felicis. Ptol.
Laua, ciuitas est Arabiæ felicis.
Labana, ciui. est Italiæ. Strab. lib. 5.
Labanenses, pop. sunt Hispaniæ conuentus Cluniensis.
Labara, vrbs Cariæ, gentile Labareus. Steph.
Labatus, viri propriũ, cuius crebra mentio apud Plu.
Labdacus rex Thebanus vltimus, Agenoris filius.
Labdalon, promont. Epipolæorum prope Syracusanos.
Labeates, pop fuerunt Liburniæ. Plin. lib. 3.
Labeo, viri iurisconsulti propriũ à magnis labijs, Gel.
Laberius, poeta mimographus, eques Romanus. Ma.
Laberus, ciuitas est Hyberniæ. Ptol.
Labicum, opp. est Italiæ. Strab. Vul. Valmõtone vnde.
Labicanus ager, à Labico oppido superiori. Plin.
Labienus, Cæsaris in Gallia legatus fuit. Lucan.
Labienus, historicus cuius scripta abolita fuere. Sue.
Labina, vicus iuxta Cremonam qui prius Bebrycium.
Laboriæ. arum. pars illa Campaniæ, ipsius terris pinguior. Vulg. Tierra de Lauoro.
Laborinus, campus nobilis in Campania. Plin. lib. 17.
Labranda, ciui. Milisiorũ conuentus Alabandici. Stra.
Labris, ciuitas est Arabiæ felicis Ptol.
Labynetus, filius Nictoris regis Babyloniæ. Herod.
Labyrinthi insignes. 4. in orbe fuerunt. Plin. lib. 36. c. 13
Labyrinthus maximus & portentosißimus Heliopoli in Aegypto. Pompon. lib. 1.
Labyrinthus Creticus, arte spectabilis quem Dædalus fecit. Ouid. lib. 3. Metamorph.
Labyrinthus Lemnius. 150. columnarum. Pomp.
Labyrinthus. 4. in Italia quem sibi Porsena rex sepulcri caussa extruxit.
Labyrinthæus. a. um. adiect. vt. Labyrinthæi flexus.
Lacænus a. um. adiect. à Laconia. Cic.
Lacanitis regio est Mediterranea Ciliciæ. Ptol.
Lacei, palus est in Aegypto. Ptol.
Lacedæmõ, ciu. est Laconiæ mediterranea. Vul. Mizitra
Lacedæmonius. a. um res ad eam vrbem pertinens.
Laceria, vrbs est Magnesiæ & alia Italiæ. Steph.
Patrigadæ, locus Persicus, qui inhabitant similiter. Ste.
Patroclides, adsentator Philippi Macedonum regis.
Patroclus, Menœtij fuit filius & Steneles, ab Hectore in bello Troiano interfectus.
Patruissa, ciuitas est Daciæ. Ptol.
Patragia, flu. est Siciliæ insulæ. Clad.
Pattagia, à Pattagu. i sonitu seu strepitu dictus est.
Patagia, non Pantagia legendum putat Merula.
Patulcius, dictus est Ianus, quod tempore belli portæ têpli eius pateant.
Patumus, vrbs Arabiæ, gentile Patumius. Steph.
Pauca, ciuitas est Corsicæ insulæ. Ptol.
Paullus, Latine modicus, Græce quietus interpretatur.
Paullus, cognomen L. Aemelij consulis Romani.
Pausanias, Cleombroti filius Lacedæmoniorum dux res multas bello feliciter gessit. Thucid.
Pausanias Macedo, adolescens qui Philippum Macedonem interfecit. Iustin.
Pausanias, Cæsariensis Grammaticus, scripsit de construstione, & Problematum librum vnum. Suid.
Pausanias, nomen historici cuius scripta aliquot extant Floruit Adriani temporibus.
Pausias, nomen pictoris Seyonij. Plin. lib. 35. c. 11.
Pausiacus. a. um. Hora. Vel cum Pausiaca, torpes insane tabella.
Pausilyppum, mons est Campaniæ prope Neapolim. Vulg. Monte Pausilippo.
Pausilyppum ab amœnitate dicitur, & adhuc nomen retinet. Plin. lib. 3. c. 53.
Pausinus, opp. est in Illyrico. Plin. lib. 3. c. 21.
Pausulani, pop. sun in Piceno. Plin. lib. 3. c. 13.
Pax Iulia, ciui. est Lusitaniæ. Plin. Vulg. Badajoz.

P ANTE E.

Pechini, pop. sunt Aethiopiæ sub Aegypto. Ptol.
Peda, opp. est Latij quod interijt. Plin.
Pedæus, fuit Antenoris filius nothus. Hom. 5. Iliad.
Pedalia, opp. est Ciliciæ. Plin.
Pedalium, opp. est in Cypro insula. Ptol.
Pedalium, prom. est Cariæ. Plin. lib. 5. c. 27.
Pedalus, ciuit. est in Peloponneso. Ptol.
Pedana, regio est nô procul à Roma, dicta ab opp. Pedo.
Pedasus Bucolionis maximi æliorum Laomedontis filius. Hom. lib 6.
Pedasus etiam vnus fuit equorum Achillis, quem præ ceteris comitem habebat. Hom. Iliad. 16.
Pedasus, opp. est Aeolidis, quod Adrymiteos. Plin. li. 5.
Pedasus, ciuit. Pylo vicina, vini feracissima. Hom. Iliad
Pedasus, opp. fuit Halicarnasso côtributum. Pli. (lib. 9.
Pediculi, pop. sunt in Italia. Plin. lib. 3. c. 3.
Pedicis, vrbs Cariæ, gentile Pedytæ. Steph.
Pedna, ins. est adiacens Lesbo. Plin. lib. 5. c. 31.
Pednilissus, vrbs Pisidiæ, gentile Pednilisseus. Steph.
Pedo, poeta tempore Augusti & Neronis.
Pedonia, villa est præfecturæ Libyeæ in Aegyp. Ptol.
Pegasa, opp. est Cariæ. Plin. lib. 5. c. 28.
Pegase, opp. Thessaliæ, quod postea Demetrias. Steph.
Pegasus, equus allatus, quo vsus est Perseos & Bellerophon. (celerrimus.
Pegaseus. a. um. adiectiuum, vt Gradus Pegaseus idest,
Pegnesus. Noricorum flu. Vulg. Pegnitz.
Pegone, portus est Troezinorum. Herod. lib. 8.
Pela, ins. est contra Ephesum prope Chion. Plin. lib. 5.
Pelagiæ, septem insulæ in Sachalite sinu. Steph.
Pelagonia, regio est Siciliæ, gentile Pelagonæus. Steph.
Pelagonia, regio est finitima Macedoniæ. Plin. lib. 4.
Pelagones, pop. sunt illius regionis.
Pelana, ciuit. est in Peloponneso. Strab. lib. 8.
Pelasgi, pop. sunt in Latio antiquo. Pli. lib. 3. (Morea.
Pelasgia, prius dicta quæ postea Peloponnesus. Vulgo.
Pelasgia, regio Græciæ, olim Thessalia dicta.
Pelasgia, ins. prius dicta quæ postea Lesbos. Plin. lib. 5. c. 13. Vulg. Merelin.
Pelasgia, quoq; Straboni ponitur in Thessalia.
Pelasgis, cognominata est aliquando Arcadia. Pli. li 4.
Pelagiotæ, pop. sunt Macedoniæ. Ptol.
Pelasgicus, est in Macedo. Ptol. Vulgo. Golfo del Volo.
Pelasgi, vna littera immutata, quasi Pilargi, idest, ciconiæ dicti sunt. (Europam.
Pelasgi, inops genus hominum est errantium per totam
Pelasgi, quorum dux Euander, litteras in Italiam aduxerunt. Plin. (tuni filio.
Pelasgi, à Iouis filio dicunt originem, siue à Peleo. Nep
Pele, nomen duarum ciuitatum Thessaliæ, quarum vna Eurypylo: altera Achilli parebat. Steph.
Pele, parua insula quædam, gentile Peleus. Steph.
Pelemena, lacus est in Alpibus. Strab.
Pelendones, pop. sunt citerioris Hispaniæ. Ptol.
Pelestini, pop sunt Vmbriæ in Italia. Plin. lib. 3. c. 14.
Pelethronij, dicti sunt Lapithæ, à loco qui subiectus est Pelio monti, ab eo quod magna vis medicamentorû ibi nascatur. Virg.
Pelethronium, opp. est Thessaliæ. Strab. lib 7. (uenit.
Pelethronius, primus qui frenos & strata equorum ins
Pelethronius. a. um. Virg. Fœtæ Palethronijs nubes.
Peleus, Acaci regis filius Achilis pater. Ouid.
Pelides, patronymicum à Peleo, dictus est Achilles à Peleo patre. Ouid.
Pelias. adis. f. g. hasta, qua Achilles vtebatur, quam nemo præter ipsum ob magnitudinê vibrare poterat.
Peliala, ciuit. est Mesopotamiæ Ptol.

Pelias,æ.filius Neptuni ex Tyro Nympha,Salmonei regis filia patruus Iasonis.
Peligni,pop.sunt Italiæ Marsis finitimi.
Pelignum,opp Sabinorum ex quo Oui.duxit Originē.
Pelignus.a.um.Mart.Maßica Peligni mittunt turbata.
Pelinna,opp.est Thessaliæ.Plin.lib.4.c.8. (Coloni.
Pelion,siue Pelios,mons est Thessaliæ.Herod.lib.7.
Pelion,ciuit.Illyriæ,gentile Pelenius.Steph.
Peliacus.a.ū.adiect.Oui.Peliacæ sternebat cuspidis ictu
Pelias.adis.à Pelio monte.Ouid.Peleis hasta tulit.
Pella,Colonia est Macedonia in litore maris Aegæi Liuio,quæ prius Bunomis & Bunoma.
Pellæa,gula,pro delicijs Macedonicis.Mart.lib.13.
Pella,ciuit.est Syriæ curuæ.Ptol quæ & Berenice.
Pellæus.a.um.adiect à Pella, vt diadema.Pellæū. Luc.
Pellana,ciuit.est Arcadiæ.Plin.lib.4.c 6.
Pellenæorum Castellum,est in Achaia.Plin.lib.4.ca.3.
Pellenæus,mons est Chij insulæ.Plin.lib.5.c.31.& Str.
Pellene,opp est in Achaia.Ptol.à quo Pellenæi.
Pelon,opp.est Peloponnesi.Strab.
Pelonium,opp.est Longonum in Hispania.Ptol. (Step.
Pelope,vicus Lidyæ iuxta Phrygiam,gentile Pelopeus.
Pelopea, filia Thyestis , ex qua Thyestes pater Aegisthum sustulit,vt edoctus erat ab oraculo.
Pelopeius.a.um nomen possessiuum à Pelope.
Pelopidas,Lacedæmonius vir Clariß. cuius vitam describit.Plut.
Peloponnesus,quasi Pelopis insula,regio Achaiæ.
Peloponnesus, inter duo maria sita est,scilicet Aegeum & Ionium. (rea.
Peloponnesus,prius Apia & Pelasgia dicta. Nunc Mos
Peloponnesiacus.a.um.ab eadem.Plin.Circa Peloponnesiacum bellum.
Pelops,filius Tantali Phrygum regis fuit,à quo.
Pelopidæ dicti,qui à Pelope originem duxere.
Pelorus,prom.est Siciliæ contra Italiam.Salu.
Peltæ,ciuit.est Phrygiæ magnæ.Ptol.
Pelteni,pop.sunt conuentus Apamiensis.Plin.
Peltuinates,pop.sunt Vestinorum in Italia.Plin.
Pelus,insu.iuxta Chium,gentile Pelusis.Steph.
Pelusium,opp.est in [illegible]bus Aegypti & Arabiæ.
Pelusiacum,ostium Nili quod est iuxta Pelusium.
Pelusiacus.a.um. Virg.Nec Pelusiacæ curam aspernabere lentis. (lentem.
Pelusius.a.um.Mart. Accipe Niliacam Pelusia munera
Pelusiana mali,legimus apud Columel.lib.5.c.10.
Pelusiotæ,pop.Pelusium habitantes.Gell.
Pempte,vrbs Aegypti,inde Pemptites ciuis & præfectura Pemptitis.Steph.
Penates,omnes Dij qui domi coluntur.Seru.
Peneleus,vnus fuit è quinq; Bœotorum ducibus.Hom.
Penelope,Icari filia & Vlyßis vxor,à qua.
Penelopæus.a.um.adiect.vt Fides Penelopæa.Ouid.
Peneus,flu.est Thessaliæ inter Ossam & Olympum decurrens,Plin.lib.4.c.8.
Peneius.a.um.adiect.vt Arua Penia.Ouid.
Pentadactylus,mons est Aegypti.Ptol.
Pentademitæ,pop.sunt Asiæ propriæ.Ptol.
Pentapolis,regio inter Palæstinam & Arabiam.
Pentapolis.a.5.ciui appellata vbi Soloma & Gomor.
Pentapolis,regio in Cyrenaica.à.5.ciuitatib.Plin.lib.5.

Pentele,vicus in tribu Antiochide.Steph.
Penthesilea,Amazonū regina, quæ Orythyæ succeßit.
Penthesilea,cum Troianis opē ferret ab Achille occisa
Pentheus,filius Echionis ex Agaue filia,Cadmi. (est.
Penthylus, vir qui à Papho naues.12.in Xerxis auxilium eduxit.Herod.lib.7.
Peoples,pop.sunt Thraciæ super Pangæum habitantes Plin.lib.4.
Peparethus,insu.vna è Cycladibus.Steph.
Pephnon,vrbs Laconiæ,hinc Pephinius.Steph.
Pera,vrbs Pisidiæ,gentile Pepæus.Steph. (Strab.
Peræa viterior,Iudææ pars quæ trans Euphratem est.
Pereatæ,pop.sunt in Agro Corinthiensi.
Perantia,vrbs Aetoliæ.Steph.
Perce,antiquum nomen Thraciæ.Steph.
Percope,ciui.iuxta Pōtum quæ Troianis auxilia misit.
Percosius,Troianorū amicus,vates longe peritißimus
Perdiccas,Macedo,vnus fuit succeßorū Alexād.Mag.
Perebi,siue Perrhebi,pop.sunt Thessaliæ.
Perga,ciuit.est Pamphyliæ mediterranea.Ptol.Vulgo. Pirgi,à qua. (Pomp.
Perga a Diana, propter templum illi dicatum dicta est.
Pergæus.a.um.à Perga,vnde Apollonius Pergæus.
Pergama.orū.dicuntur arces Troianæ,& ipsa Troia Virg.Vastabant Pergama reges.
Pergamus i.ciuit.eadem.Virg.Excisa est ferro Pergamus.
Pergamum,opp.est clarißimum Asiæ minoris. (mus.
Pergamenus.a.um.à Pergamo ciuitate Asiæ:vnde charta Pergamena dicta,quod ibi inuenta sit.
Pergamum,opp.est Thraciæ Chersonnesi.Ptol.
Pergamum,opp.est Cretæ mediterr.Plin.lib.4.
Pergantium,vrbs Ligurum,gentile Pergantius.Steph.
Pergase,vicus in Erechteide tribu Steph. (cani.
Pergus,lacus est Siciliæ Clau.Lacus Pergum dixere Si
Pergusa,lacus idem Siciliæ.Ouid.in Fast.& Metam.
Periander,Corinthiorum rex,vnus è.7 sapientibus.
Periandri,dictum est,Iram compesce Diog.Suid.
Peribœa,filia fuit Eurymedontis Nausithoi.mater.
Pericionius, Bacchus cognominatus.Lil.Syntg.8.
Pericles,vir Atheniensis,qui Remp 40.annis gubernauit.Cic.in Bruto.
Periclimenes,filius fuit Nelei & frater Nestoris. Hor.
Periembedi,pop.sunt Sarmatiæ Asiaticæ.Ptol.
Perillus,faber Atheniēsis,quem Phalaris in tauro æreo quem fontibus frabricauerat exuri iußit.Plin.
Perimula,promont.est Indiæ.Plin.lib.6 c.20.
Perinthus,opp est Thraciæ in Propōtide.Vul.Heraclia
Perinthij,Perinthi ciuitatis incolæ.Her.lib.5.
Perinthius.a.um.vnde Perinthia.Menandri comedia.
Perion,flu.iuxta Indicum sinum.Steph.
Periope,vrbs est Hellesponti.Herod.lib.5.
Peripatetici,Philosophi erant Athenis,de quorū origi
Periphanes,nomen est comici Græci. (ne.Cic.
Periphanes,nomen viri apud Virg.2.Aeneid.
Perirheusa,ins est contra Ephesum.Plin.lib.5.c.31.
Peristere,vrbs Phœnicum,gentile Peristerites.Steph.
Peristerides,ins.sunt prope Smirnam.Plin.lib.5.
Perithœdæ,vicus in tribu Oenei.Steph.
Permissus,flu.Bœotiæ ex Helicone cadens,vnde.
Permißius.a.um.Clau.Fons Aganippea Permißius educat vnda.

Permissiacus.a.um. Martian. Ne Permissiaci gurgitis.
Pero, filia fuit Nelei & soror Nestoris. Hom.
Peronticum, opp. est Thraciæ. Ptol.
Perorsi, siue Perori, pop. Aethiopũ in fine Mauritaniæ.
Perpereni, pop. sunt Asiæ conuentus Pergameni. Plin.
Perperenæ, opp. est Aeolidis. Plin. lib. 5 c. 30.
Perrhebi, siue Perebi, pop. sunt Epiri. Plin.
Perrhebus.a.um. res ad Thessaliam pertinens.
Perseis, Nympha Oceani & Tethyos filia. Hesiod.
Persehone, ea est quæ à nostris Proserpina dicitur.
Persepolis, vrbs est Persici regni caput. Trog. lib. 1.
Perses, filius fuit Persei ex Andromeda.
Perses, rex Macedonum, de quo Aemulus triumphauit.
Perses, vates Ascræus Hesiodi poeta frater. Suid.
Perses, Solis & Persæ filius rex Tauricæ regionis.
Perseus, filius Iouis & Danaes. Gorgonas deuicit, de quo multa alia præclara gesta narrantur.
Perseus, vrbs Attica & portus eiusdem nominis. Ste.
Persei specula, in Aegypto. Herod. lib. 2.
Perseis idis patronymicum a Perseo. Ouid. de Ponto.
Persia, regio Orientalis eadem quæ Persidis. idis.
Persæ, pop. Persiæ regionis incolæ. Cic. in Tusc.
Persis. idis. regio Asiæ Orientalis eadem quæ Persia.
Persis, à Persia, gentile de muliere, nam de viro Perses dicitur. Steph.
Persicus sinus, qui Persidi regioni adiacet. Plin. (sicum.
Persicus.a.um. quod ad Persiam spectat vt regnum Per
Persicus, aliquando pro diuite & opulento capitur, à Persarũ luxu & diuitijs. Horat. Persicos odi puer.
Persica mala, dicta sunt quod ex Persia primum allata sint. Plin. lib. 13. (Oratore.
Persius Flaccus, poeta Romanorum doctissimus. Cic. de
Perta, ciuit. est Bizenorum in Galatia. Ptol.
Perus, siue Porus, flu. est Peloponnesi. Strab.
Perusium. ij. siue Perusia. æ. Hetruriæ in Italia ciuit. quæ nunc Perusi.
Perusij portionẽ, Griphonij Armeni cõdiderũt. Beros.
Perusiam alteram, Turrhenus Mæon condidit. Appiã.
Perusiã tertiam, duce Vibio Achæo cõditã ait Iustinus
Perusiæ, lapide exciso monstrantur, itaq; Perusia tripolis est.
Pescennius, vir Ciceroni perbeneuolus. Cicer. ad Terentiam lib. 14 Famil. 4.
Pesici, pop sunt Asturum in Hispan. Pli. lib. 3.
Pesida, ciuitas est Libyæ interioris. Ptol.
Pessinus. untis. opp. Phrygiæ in Asia. Strab. lib. 12.
Pessinũtia, Dea Cybeles, Deum mater ex Græcia in Romam translata. Vide Herodianum lib. 1 histor. Arnobium lib. 2. aduersus gentes. Philena hæc etiam. Dea dicta est Alex. lib. 6 c 4.
Pessinuntius, matris magnæ sacerdos. Cic. de arusp.
Pessium, opp. est in Iazygibus Metanastis. Ptol.
Pestum, opp. est Campaniæ à Græcis dictum Posidonia. Vulg. Policastro.
Pestanus. a. um. Tantaq; Pestani gloria ruris erit.
Pestanus sinus, est mare adiacens Lucaniæ. Vulg. Golfo Agropolitano en Basilicata.
Pesus, opp est in Hellesponto. Herod.
Petaliæ, insulæ sunt Euripo Euboico. Plin lib. 4.
Petalus, viri proprium. Ouid. Petalus ridens Stygijs ea no cetera dixit.
Petanomium, opp. est Superiorum in Hispania. Ptol.
Petenisus, opp. est Galatiæ. Ptol.
Peteon, opp est Bœotiæ. Plin. lib. 4. c. 7.
Petilia, opp. est Italiæ in sinu Scyllacco. Vulgo. Belicastro en Calabria.
Petosiris, Aegyptius mathematicus insignis. Plin. lib. 7. cap. 49. & lib. 2. cap. 23.
Petra, opp. Arabiæ Nabathæorum metropolis, vnde.
Petræa, Arabiæ pars nuncupatur. Strab. lib. 16.
Petra, opp. est Siciliæ prope Hyblam. Ptol.
Petræa, idem quod Petra, opp. Siciliæ.
Petræ, Syrenum vrbs est Lucaniæ. Plin. lib 3. c. 4.
Petra coracos, id est, corui locus, in Ithaca. Hom.
Petra, locus est prope Dyrrachium.
Petra, promont. est ad sinum Arabiæ.
Petræ magnæ, & Petræ paruæ, portus Aegypti. Ptol.
Petræa, Nympha Oceani & Tethyos filia.
Petreius, dux Pompeianus à Cæsare in Hispania superatus, vt scribit Cæs. in Comm.
Petrini, pop. sunt Siciliæ insulæ. Plin. lib. 3.
Petrinum prædium, est prope Sinuessam. Horat.
Petrocorij, pop. sunt Galliæ Aquitanicæ. Vulg. Pierresgort.
Petrodaua, ciuit. est Daciæ. Ptol.
Petronia, flu. in Tyberim per petras defluens.
Petronia, vxor Vitellij Romanorum imperatoris.
Petronius Aegypti præfectus ab Augusto missus. Step.
Petronius Granius. Centurio octauæ legionis, sub Cæsare bello Gallico militans. Plut.
Petronius alius qui Aelij beneficio ex humili loco adequestrem ordinem peruenerat. Val.
Petronius item pater Vespasiani Cæsaris.
Petronius Perpenna, qui Constantinas thermas in pristinum splendorem restituit.
Petronius Diodorus, medicus scripsit antilegomena. Plin. lib. 8 c. 20. (Steph.
Petrosaca parua regio Arcadiæ, gentile Petrosacæus.
Petrosa, ins. Ciliciæ, gentile Petrossæus. Steph.
Petrosus campus, est in prouincia Narbonensi. Strab.
Petuaria, ciuit. est Britanniæ insulæ. Ptol.
Peuce, mons est Sarmatiæ in Europa. Ptol.
Peuce, ins. Borealis in primo Istri fluuij ostio. Plin.
Peucetij, pop. sunt in Illyrico. Plin. lib 3 c. 21.
Peucetij, pop. sunt in Apulia. Strab lib. 6.
Peuceria, regio est quam incolunt Peucetij. Vul. Tierra de Barri.
Peucetius. a. um. Ouid. lib 4 Peucetiosq; sinus.
Peucini, pop sunt Germaniæ. Plin. lib. 4. c. 14.

P ANTE H.

Phabia, vrbs est Celtogalatarum, gentile Phabiates. Steph. (Bremen.
Phabiranum, opp. est Germaniæ magnæ. Ptol. Vulgo.
Phacion, opp. Thessaliæ, gentile Phaciæus. Steph.
Phacusa, ciuitas est metropolis Aegypti. Ptol.
Phæa, proprium nomen suis Cremyoniæ. Steph.
Phæacia, insu. maris Ionij quæ postea Corcyra. Vulgo. (Corfu.
Phæaces, pop. sunt illius habitatores.
Phæacus a um. & Phæacius. a. um. res ad Phæaciam pertinẽs.
Phæax, filius fuit Neptuni & Corcyræ Step.
Phædimus filius Amphionis & Niobes. Ouid.
Phædon Atheniensis, in conuiuio à triginta Atheniensium tyrannis nectus fuit.

Phedon, alius Elidensis, Socratis auditor. Gel. lib. 2.
Phædra, fuit regis Minois ex Pasiphæ coniuge filia.
Phædrus, vnus fuit discipulorum Platonis.
Phædynia, Otantis nobilis Persæ filia. Herod. lib. 4.
Phæniana, Rhetiæ vrbs quæ Hodie, Bebenhusen.
Phæstum, ciui. est Estiotarum in Macedonia.
Phæstum, opp. est Cretæ mediterraneum. Plin. lib. 4.
Phæstum, opp est Locrorum Ozolarum. Plin. lib. 4.
Phæstius. a. um. Ouid. Nam quondam Phæstia regna.
Phæstias. dis. idē. Inter Phæstiadas quæ laudatiss. forma
Phestus, fuit Bori Mæonij filius, ab idomeneo interfectus. Hom. Iliad. 5.
Phæstus, mons Cretæ circa Cortinam vrbem. Steph.
Phaeton, dictio trisyllaba, dicitur Solino & Seruio.
Phaeton, Ligerum rex fuit vetustissimus, cuius multæ in Hetrusco litore Coloniæ.
Phaeton alius, Iouis fuit & Clymenes filius. Cat.
Phaetontiades, Clymenes & Solis filiæ dicuntur.
Phaetonius. a um. & Phaetonteus. a. um. à Phaetone.
Phaetusa, Solis filia ex Neæra Nympha, soror Lāpetiæ
Phago, vir insignis voracitatis & gulositatis. Vopisc.
Phagres, vrbs Thracæ, gentile Phagresius. Steph.
Phalacra, opp. est mediterraneum Cyrenaicæ. Ptol.
Phalacræ, cacumen Idæ in quo propter niuem nihil prouenit sed caluum est. Steph.
Phalacrium, promontorium est Siciliæ. Ptol. Vul. Rasoculmo.
Phalacrium, Solino dicitur Phalantium.
Phalacrium, prom. est Corcyræ ins. Plin.
Phalagni, opp. est Arabiæ felicis. Ptol.
Phalacrus, fuit Aeoli filius. Hom. 10. Odyssea.
Phalachthia, ciui. est Macedoniæ. Ptol.
Phalangis, mons est Aethiopiæ sub Aegypto. Ptol.
Phalamæa, vrbs Cretæ, ciuis Phalamæeus. Steph.
Phalantis, dux fuit eorum qui Tarentum condiderunt.
Phalantus, vrbs & mons Arcadiæ à Phalanto. Steph.
Phalara, ciui. est Atticæ in sinu Maliaco. Plin.
Phalaris, Agrigentinorum fuit tyrannus in Sicilia.
Phalaris quoq; Grammaticus fuit, cuius meminit. Cic.
Phalasarna, opp. est Cretæ. Strab. lib. 10.
Phalasia, promon. est Eubœæ insulæ. Ptol.
Phalera, portus est Atticæ regionis. Plin. lib. 4. c. 7.
Phalericum mare, est in eadem Attica.
Phalerij, pop. sunt in Italia à Phalerio Argiuo. Sol.
Phaleron, vicus & nauale Atticæ incola Phalerus. Ste.
Phalesina, opp. est Thraciæ regionis. Plin. lib. 4.
Phaliscæ, portus Hetruriæ. Vulg. Monte Flasco.
Phaliscus, vicus Romæ est Fabio. Pict.
Phalisca, regio in Italia quoq; à Phalisco Argiuo. Sol.
Phallana, opp. est Magnesiæ. Plin. lib 4. c. 9.
Phalora, vrbs Thessaliæ, inde Phalorensis. Steph.
Phames, mons est in Arabia felici.
Phamizon, vicus Amascæ, incolæ Phamizonitæ. Step.
Phanca, est ciui. Mediæ regionis. Ptol.
Phanæus, mons est in promontorio Chij vitibus consitus, sic è Phanco rege dictus. Seru.
Phanæus, promont. Chij insu. Vulg. Cabo Mastico.
Phanagoria, ciuitas est iuxta Bosphorum Cimmerium Ptol. Gentile Phanagorites.
Phanagoria, campus est in Cappadocia. Ptol.
Phanaspa, ciuitas est Mediæ. Ptol.

Phandana, ciui. est Armeniæ maioris. Ptol.
Phanes, vir Halicarnasseus, de quo aliqua. Herod. lib. 3.
Phanesij, pop. in insulis Septentrionalibus, habent aures adeo effusas vt reliqua viscera contegant illis. Solin.
Phanias, libertus Appij Pulcri. Cic. in Epist.
Phanoteus, vrbs Phocidis, gentile Phanteis. Steph.
Phantia, vrbs Troadis, à Cumanis condita. Steph.
Phanturites nomos, præfectura est Thebaidis. Plin.
Phao, iuuenis mortalium omnium formosissimus à Sappho Poetria adamatus. Ouid.
Phara, opp. est Arabiæ Petreæ. Ptol.
Phara, lacus est Iudææ. Solin.
Pharæ. arum. opp. est Cretis. Plin. lib. 4.
Pharambara, opp. est Mediæ. Ptol.
Pharan, vrbs inter Aegyptum & Arabiam. Steph.
Pharanitæ, pop. sunt Arabiæ Petreæ. Ptol.
Pharao, nomen fuit dignitatis regum Aegypti Euseb. Nam Pharaonis, nomen regem significat.
Pharastia, opp. est Mediæ. Ptol.
Pharatha, opp. est Arabiæ felicis. Ptol.
Pharathus, vrbs Galilææ, gentile Pharatonites. Step.
Pharax, vicus est Syrtis magnæ in Africa propria. Pto.
Pharbætitana, Plaga est Aegypto. Ptol.
Pharbætos, ciui. est Aegypti metropolis. Ptol. Vnde.
Pharbatites nomos, præfectura in Aegypto. Ptol.
Pharbelus, vrbs Eretriensis, gentile Pharbelius. Step.
Pharcedon, vrbs Thessaliæ, gentile Pharcedonius. Ste.
Pharga, ciui. est Arabiæ desertæ. Ptol.
Pharia, ins. est contra Dalmatiā & Iaderam. Vul. Lesi
Pharia, ciui. est Dalmatiæ, à qua Pharienses.
Pharij, in Aegypto, sicut in Africa Psylli, in Italis. Mar
Pharis, vrbs Laconiæ, ciues Pharitæ. Steph.
Pharisæus, nomen sectæ religiosæ Iudæorum.
Pharmacotrophi, pop. sunt Asiæ. Plin. lib. 6. c. 26.
Pharmacusa, insula est vna è Cycladibus. Plin. lib. 4.
Pharnacia, ciui. est Ponti Cappadocum. Ptol.
Pharna, filius Mithridatis regis Ponti à Cæsare victus Lucio Floro.
Pharos, ins. parua Aegypti cōtra Alexādriā. Vul. Faro
Pharos, ins. in Illyrico pelago. Vul. Lesena.
Pharos, turris nominatissima, in ea à Ptolomæo rege facta.
Pharius. a. ū. à Pharo. Luca. Pharios hinc cōcute reges
Pharphariades, portio est montis Tauri. Plin. li. 5. c. 17
Pharsalos, ciui. est in Thessalia, à qua.
Pharsalia, dicitur tota Thessalia. Luc. Diros Pharsalia campos.
Pharsalos, opp est in Peloponneso. Strab. lib. 8.
Pharsalici, cāpi in Thessalia à Pharsalo oppido appellati, quod situm est in ripa flu. Oenipel.
Pharusij, pop. sunt Libyæ interioris. Ptol.
Pharybus, fluuius est Macedoniæ. Ptol.
Pharycadon, opp. est Thessaliæ. Strab. lib. 9.
Pharygium, opp. est in Phocide. Strab. lib. 9.
Phasca, opp. est Armeniæ maioris. Ptol.
Phaselis, opp. est Pamphyliæ, in monte situm, & à Mopso conditum. Pompo. lib. 1. cap. 14. Piratarum olim perfugium. Cic. Act. 6. in Verr.
Phasælis, ciui. est Iudææ ab Occasu Iordanis. Ptol.
Phaselus, Hierosolymæ præfectus, ab Antipatro Herodis filio. Anno vrbis. 710. Ioseph. (Regis nepos.
Phaselus Antipatri est Cypri de filijs Herodis Iudææ

Phasga, nomen montis Moabitarum. Num. 21. Iosue. 13.
Phaselussæ, duæ insulæ Lybiæ prope Sirin fluuium.
Phasis, fluu. prægrandis in Colchide regione, ex Armeniæ montibus nascens, & in Pontum Euxinum illabens. Plin. lib. 6. c. 4.
Phasis, quoq; ciui. est Colchidis. Plin. lib. 6. c. 4. Vulgo. Fasso. (mina terræ.
Phasiacus. a. um. Ouid. Quid te Phasiacæ iuuerunt gra-
Phasias. adis. Idem Phasias è telis fixa puella meis.
Phasianæ baccæ, pusillæ sunt. Arist. de Animali. lib. 3.
Phastæa, vrbs in Sacis, gentile Phastæus. Steph.
Phateruneſos, ins. est prope Thraciam Chersonnesum.
Phauonæ, pop. sunt Scandiæ maioris. (Plin.
Phausya, ciui. est Armeniæ maioris. Ptol.
Phazaca, ciui. est Mediæ regionis. Ptol.
Phazania, regio est Aethiopiæ sub Aegypto. Ptol.
Phebol, insula iuxta Arabicum sinum. Arist. de Mundo
Pheo, vrbs est prope fluenta Iordanis. Hom. 7. Iliad.
Pheate, ins. contra Ephesum. Plin. lib. 5. c. 31.
Phegæs, vicus in tribu Aegeide, & alias in tribu Pandionide. Steph. (condita. Steph.
Phegæa, vrbs Arcadiæ, à Phege rege Phoronei fratre.
Phegeus, pater fuit AlphæsibϾ, vxoris Alcmeonis. Ouid 9. Metam.
Phegor, lingua Hebræa Priapus appellatur, inquit. Hieronymus contra Iouinianum.
Phellus, opp. est Lyciæ. Ptol. Vulg. Fello.
Phellusa, ins. est adiacens Lesbo. Plin. lib. 5. c. 31.
Phemonoe, virgo prima Apollinis Delphici dicitur fuisse. Pausan.
Pheneum, opp. est Arcadiæ. Plin. lib. 4. c. 6.
Pheneatæ, pop. qui Pheneum opp. incolunt. Cic.
Pheneum, lacum Arcadiæ describit. Ouid. 15. Metam.
Pheneus, flu. Arcadiæ in Alphæum defluens. Plin. lib. 4.
Pheraulus, vir quidam fuit, qui ex paupere diues a Cyro factus. Vide Zenoph. lib. de Cyripædia. 8.
Pheræ, opp. est Thessaliæ. Plin. lib. 4. c. 8. (ramidi
Pheræ, opp. quoq; est in Messenia. Plin. li. 4. c. 5. Vul. Ca-
Pherecides, philosop. & poeta tragicus ex Scyro insula primus dixit animos hominum Sempiternos.
Pherecides alius, Atheniensis philosophus superiore antiquior, militauit sub Alexand. Magno.
Pherecides alius, Lereus genere historicus. Suid.
Pherecideus. a. um. adiect. quod est Pherecidis. Cic.
Phereclus, filius fuit Harmonidis, qui Paridi naues quibus ad rapiendam Helenā usus fuit, fabricauit. Hom.
Phereclæus. a. ū. à Pheraclo, vt Puppis Pheroclea. Oui.
Pherecrates, Atheniensis comicus docuit fabulas. 17. Suid.
Pheregenæ, vna ex. 4. Colonis, quas Ianus ad litus. Hetruscum condidit. Cat. in fragmentis. Origi.
Pheregenæ, à Latinis Phreginæ per Syncopam proferatur. Vulg. P. li. (est.
Pheregenæ, post Tyberina ostia, primū Hetruriæ. opp.
Pheregenæ, Ioan. Annius ex sermone Arameo Pherec fatum interpretatur.
Phere, fatum interp. i. fatum Iani Genij. Ioan. Annio.
Pherendis, ciui. est Armeniæ maioris. Ptol.
Pherentinates, pop. in Cāpania à Tyberi ad Sarnū. Cato
Pheretinæ Coloniæ, et flu. Hetruriæ cognomines. Cat.
Phertion, flu. est Liguriæ, quē Pli. mendose Feritorem vocat.

Phermutiacus, flu. est Aegypti.
Phesulæ, opp. Italiæ lege supra Fesulæ.
Phiala, fons est vnde Nilus oritur. Solin. cap. 45.
Phialea, opp. est Arcadiæ in Peloponneso. Ptol.
Phiale, vna ex comitibus Dianæ. Ouid. lib. 3. Metam.
Phiara, vrbs est præfecturæ Sargarausenæ in Cappadocia. Ptol.
Phicaria, pop. sunt circa Næotim. Plin. lib. 6. c 7.
Phicaria, ins. est adiacens Sardiniæ. Ptol.
Phidias, Statuarius qui Mineruæ statuam amplitudine cubitorum. 26 fabricauit. Plin lib. 35. c. 8.
Phidiacus. a. um. Propert. Phidiacus, signo se Iupiter ornat eburno.
Phidile, nomen est rusticæ mulieris apud Horat.
Phidippus, vir Thessalus quidam, cuius meminit. Hom.
Phidippus nomen est comici apud Terentium.
Phigalea, vrbs Arcadiæ, à Phialo quodam. Steph.
Phigia, ciui. est in Arabia felici. Ptol.
Phila, ins. est in mari Gallico. Plin. lib. 3. c. 5.
Philæ. arum. ins. vna ex. 4. adiacens Aegypto. Plin. li. 5.
Phila, opp. quoq; est in Macedonia.
Philadelphia, ciui. est Syriæ curuæ. Ptol.
Philadelphia, ciui. est Ciliciæ mediterranea. Ptol.
Philadelphia, ciui. est Asiæ propriæ dictæ. Ptol.
Philadelphini, pop. sunt conuentus Sardiani. Plin. lib 5.
Philadelphus, cognomen cuiusdam. Ptol. regis Aegypti
Philadelphus, Bibliotecam fecit. 50000. continentem
Philagathus, viri proprium quo significatur benignus
Philagrus. sophista Cilix, auditor Lolliani Cælius. lib 41. cap. 31.
Philaida, vicus in Aegeide tribulis Philaides. Steph.
Philāmon, filius Appollinis ex Chione Nympha. Ouid.
Philarchi, pop. sunt in Arabia felici Mesopotanis cōtermini, ad Euphratem descendentes. Strab. lib. 2.
Philaretus, nomen viri medici proprium.
Philea, regio Byzantij, gentile Phileates. Steph.
Philemon, Poeta comicus, post Menandrum secundus
Philena, vide Pessinuntia. (Quintil.
Philenis, puella deformis apud Marti. lib. 2.
Philenis, meretrix fuit, quam Philocrates poeta suis carminibus lacerauit. De hac etiam Marti lib 7.
Phileni, duo fratres Carthaginen. qui se pro ampliatione Reipublicæ viuos sepeliri sustinuerunt, à quibus.
Philenorum aræ, locus ad Syrtim magnam. Vul. Puerto de Saba.
Philenorium, vrbs in Arnæa regione Bœotiæ à Philenore Aetolo, gentile Philenorius. Steph.
Phileros, otis. opp. est Macedoniæ. Plin. lib 4. c 10.
Phileros tabellarius apud Ciceronem in Epist. ad Pœtum. lib. 9.
Philesius, nomen est quo vocatus fuit Apollo, vnde.
Philesia templa, quæ Apolini erant consecrata vocauit Boccat.
Philetas, poeta Elegiographus tēpore Alexandri Mag.
Philetæus. a. um. Propert. Ora Philetea nostra rigauit aqua.
Phileum, ciuit. est Germaniæ in ea regione quæ nunc Phrysia vocatur. Vul. Groninga.
Philia, prom. est Thraciæ. Ptol. Vul. Fillea.
Philides, fuit quispiam equorum nutritor. Plut. in Themistocle.

Philinus Herbitensis, homo disertus et prudens, Cic. in Verr.
Philippi, Siciliæ ciui. à Philippo sic dicta. Step.
Philippi, orum. Colonia Thraciæ quæ prius Dathos dicebatur.
Philippi, à Philippo Macedonum rege ædificata est.
Philippici, campi sunt iuxta Philippos in quibus Cæsar & Pompeius, deinde Augustus & Cassius pugnauerunt.
Philippides, poeta comicus, qui gaudio immodico mortuus. Suid.
Philippolis, quæ Trimontium & Adrianopolis, ciuit. est Thraciæ Chersonnesi. Ptol. Vulg. Adrinopoli.
Philippus, viri propriũ, interpretatur equorũ amator.
Philippus Macedo. dictus est Alexandri Magni pater.
Philippus, alius qui Rom. Imperatorum primus Christianus fuisse perhibetur.
Philippus, Demetrij, filius rex Macedoniæ à T. Quintio Flaminio victus. Liuio.
Philippus medicus Alexandri teste Curtio. lib. 2.
Philippicæ, orationes Demosthenis in Philippũ regem
Philippicus. a. um. quod est à ciuitate Philippis.
Philippeus. a. um. à Philippo, vt Sanguis Philippeus Propert.
Philippeus. i. siue Philippus. i. aureus numus preciosus, cuius apud Plautum, & Liuium multa mentio.
Philiscum, opp. est Parthorum ad Euphratem. Pli. li. 5.
Philistene fossa, ostium Atheniensis. Vul. Fossona.
Philistion Nicæus poeta, qui Socratis ætate floruit.
Philix nutrix fuit Domitiani principis. Sueton.
Phyllira, mater Chironis Centauri a, à qua Nymphæ filius
Phyllirides dictus est Chirõ, Saturni & Phillyræ Nym
Philo academicus, Clitomachi discipulus. Cic.
Philo Herennius, Byblius genere tempore Adriani. Sui.
Philo, architectus, qui Atheniensibus armamentarium fecit. Cic.
Philo Iudæus Alexandrinus, eloquentiæ Platonis æmulator.
Philo, statuarius Hephestionem expressit. Tatianus.
Philo, item Pompei libertus. Cic. ad Atticum.
Philocandrum, opp. est Siphni insulæ. Ptol.
Philochoras, vir Atheniensis, vates doctissimus. Suid.
Philocles, Atheniẽsis poeta tragicus, filius sororis Aeschyli. Sui.
Philocrates, vir Atheniensis, proditionis nota infamis apud Demosthenem.
Philoctetes Pæantis filius, Herculis comes.
Philodamus, homo princeps Lampsacenorum. Cice. in Verr. 3.
Philodespotus, viri proprium. Interpretatur Domini, vel Dominæ amator.
Philogenes, libertus Attici. Cic. ad Attici. lib 6.
Philogonus, libertus Quinti fratris Ciceronis, vt ipse ait in Epist.
Philogone. es. opp. est Bœotiæ. Plin.
Philoleus, viri proprium. Interpretatur amor populi.
Philolaus, Chorinthius quidam qui leges Thebanis dedit. Arist. 2. Politicorum.
Philomela, Pandionis Athenarum regis filia, Prognes soror, à Tereo viriata.
Philomelum, copp. est Phrygiæ magnæ. Ptol.
Philonis villa, est in Cyrenaica regione. Ptol.
Philonis, vicus est Lybicæ nomidis in Aegypto. Ptol.
Phylonius, portus est in Corsica insula. Ptol.
Philopœmenes, Megalopolitanus dux Achæorum præstantiss. Lacedæmonios multis cladibus afflixit.

Philostrutus Lemnius scripsit de Vita Apollonij Tyanei. lib. 8. vixit tempore Seueri principis.
Philostratus huius pater, Athenis docuit Neronis tẽporc.
Philostratus, superioris filius docuit, Athenis, cui librũ Iconum, seu de imaginibus pleriq; referunt. Suid.
Philotera, vrbs iuxta Troglodyticam, à Satyro condita, gentile Philoterius. Steph.
Philoteris, opp. est Arabiæ. Plin. lib. 3 c. 6.
Philotimus. Cic. libertus, vt ipse scribit Appio. lib. 3.
Philoxenus, philosophus, qui gruis collum sibi exoptabat, quo diutius ciborum, & vini sapore oblectaretur. Plut.
Philoxenus, Grammaticus Alexandrinus Romæ scripsit varia. Sui.
Philoxenus, Eretriensis pictor, Nicomachi discipulus. Plin. lib. 35. c. 10.
Philoxenus, poeta Lyricus scripsit Lyrico carmine Aeacidarum genealogiam. Suid.
Philyres, pop. sunt iuxta Pontum. Steph.
Phineos, siue Phinopolis, ciuitates sunt Ponti.
Phineus, rex Arcadiæ, qui impulsu vxoris secundæ liberis suis oculos eruit, occisus tandem ab Hercule.
Phineus alius, Cephei frater, qui à Perseo in marmor mutatus fuit.
Phinni, pop. sunt Sarmatiæ in Europa. Ptol.
Phinopolis, opp. est in Thracia. Ptol.
Phinthia, fons est Siciliæ insulæ. Plin.
Phinthienses, pop. sunt Siciliæ insulæ. Ptol.
Phintonis, ins. est adiacens Sardiniæ. Ptol.
Phiusi, pop. sunt Scandiæ insulæ. Ptol.
Phison, nomen fluuij significatur innundationẽ. Ioseph.
Phla, ins. est Africæ in Tritonide paluder. Her. lib. 4.
Phlanum, opp. est in Illyrico vnde Phlanaticus sinus.
Phlanates, pop. sunt in Illyrico à Phlano. Plin. lib. 3.
Phlegeton, fluuius infernalis, flammis æstuantibus rapidus à Plego, idest, ardeo.
Phlegetonteus. a. um. vt Ripa Phlegetontea. Clau.
Phlegetontis. idis. Ouid. Sparsumq; caput Plegetontide
Phlegiæ, pop. sunt Thessaliæ. Strab. lib. 9.
Phlegon, vnus equorum Solis.
Phlegon Trallianus, libertus Augusti scripsit historiã Olympiadum. lib. 16. Suid.
Phlegra, opp. est Macedoniæ. Plin lib. 3. c. 4.
Phlegra, in Italia in campo Cumæo ponitur. Diod.
Phlegræi campi, sunt in ora Campaniæ prope Cumas Diod. Vul. Solfataria, no lexos de Pozzolo.
Phlegræi campi, quoq; in Thessalia, vbi gigantes, cum cœlestibus pugnauere. Plin. lib. 3. c. 5.
Phlegræus, vnus à Centauris Ixionis & Nubis filijs.
Phlegræus. a. um. Luc. Quod non Phlegræis Antæum sustulit aruis.
Phlegya, vrbs est Bœotiæ, ciuis Phlegyas. Step.
Phlegyas, rex Lapitharũ Martis filius, & pater Ixionis. (Nympha.
Phlias, filius Bacchi vn⁹ eorũ qui in naui Argo fuerũt
Phlius. untis. Castellum est in Achaia. Plin. lib. 4. c. 5.
Philiasius. a. um. res ad Phliunta pertinens. Ci. Philip. 5
Phloruia, opp. est Mauritaniæ Cæsariensis. Ptol.
Phlygadia, ciui. est iuxta Alpes. Strab. lib. 4.
Phobetor, filius fuit Somni apud Ouid. 11. Metam.
Phocæ. arum. ins. sunt Cretæ adiacentes. Plin. li. 4. c. 13.
Phocæa, opp. est Aeolidis Atheniensium Colonia. Vul. Fozolia vechia.

Phocensis,

Phocensis.e.dux ab Ionia,vt sit Phocæa vrbs Ioniæ.
Phocais Massilia dicta,quod à Phocensibus condita sit.
Phocæa,ciui.Cariæ monti Mycale opposita,à qua.
Phocæenses, vt à Græcorum Phocide Phocenses dicti ab vtraq;.
Phocaicus.a.ū.Murix Phocaica posuit Ouidius à Phocæa,non procul à Sardibus.
Phocas,nomen imperatoris Romani.Plin.lib 9.c.7.
Phocasia,ins.est Helladis.i.Græciæ.Plin.li.4.c.12.Ste.
Phocee.es.opp.est Bœotiæ.Ptol.
Phoceæes.pop.Ionū, qui primi longis nauibus vsi sunt.
Phocion,vir clarus Atheniensis cognomēto Bonus pauper,cum ditissimus esse potuisset.
Phocis,parua regio Græcorum inter Atticam,& Bœotiam. (Orest.
Phoceus.a.um. Ouid. Adfuit insano iuuenis Phoceus
Phocenses,in Italia Parthenium portum ediderunt.
Phocea,ab Ionibus condita,cuius forma oblonga.
Phocus,filius fuit Aeaci.Ouid.lib.7.Metam.
Phocusa,insu.vna à Sporadibus.Plin.lib 4.c.12.
Phocusæ,insulæ duæ adiacentes Africæ.Ptol.
Phœbas,fatiloqua sacerdos Bacchi,& vates.Seruio.
Phœbe,dicitur Luna.& venit ab eo quod est Phebus. Ver.lux vitæ.
Phœbi,prom.est Mauritania Tingitana.Ptol.
Phœbia,opp.Sicyoniorum,gentile Phœbias.Steph.
Phœbus, Apollo dicitur Iouis,& Latonæ filius à Phos idest.lux.&c. (medica.
Phœbeus.a.ū.Oui. Arte Phœbea pellere morbos id'est
Phœbeius.a.um.vt Iuuenis Phœbeius. Oui.i.Aesculapius.
Phœmius,flu.est Mauritaniæ Cæsariensis. (puis.
Phœmon,lacus est Arcadiæ.Ouid.15 Metam.
Phœmonoe, filia Phœbi & vates quæ prima carmen Heroicum cecinit.Hesiod.
Phœnicum,vicus est in Arabia felici.Ptol.
Phœnices Syria,regio est Asiæ Iudææ contermina.
Phœnices,pop.sunt eiusdem regionis.
Phœniceum,mons Corinthi,gentile Phœniceus Steph.
Phœnix,vir ex Phœnice,et vetus qui ex Phœnice stat
Phœnice.es.à Phœnice Agenoris filio dicta Xenoph.
Phœnissa,mulier ex Phœnice.Oui.et Phœnissa Tyros.
Phœnissa,dicitur Dido quia ex Phœnice venit.
Phœnix, Agenoris filius,Cadmi frater,qui Phœnicibus imperauit à quo Phœnicia.
Phœnix, Amyntoris filius.Hom 8.Iliad.
Phœnice,ins.prius dicta quæ postea Ios.Pli. Vul.Nio.
Phœnice,ins.prius dicta quæ postea Tenedos.Plin.
Phœnicia,ciui.est Chaonum in Epiro.Ptol.
Phœnicia omnis Ciliciæ annumerata est cum fuerit Dario tributaria.
Phœnicodes,ins.sunt iuxta Ciliciam.Ptol.Vull Filendi.
Phœnicus,portus est in Creta insula.Ptol.
Phœnicus,portus est in Marmarica Aegypto.Ptol.
Phœnicus,mons est in Bœotia.Strab.
Phœnicus,portus est in Sicilia ins.Ptol.
Phœnicusa,ins.est vna ex.7.Aeolijs.Plin.lib.3.c.9.
Phœnix.icis.opp.est in eadem insula.
Phœnix,mons est in Asia propria.Ptol.
Phœnix,flu.est Thessaliæ.Plin.lib.4.c.8.
Phœnix icis.opp.& mons Cariæ.Strab.li.14. (Step.
Phœtiæ,vrbs Acarnaniæ, à Phœtio filio Alcmæonis.

Pholegandros,ins.est vna è Sporadibus. Plin.lib.4.ca. 12.Ciuis Pholegandrius.
Pholoe,opp est & mons Arcadiæ.Plin.lib.4.c.6.
Pholoe,nomen famulæ cuiusdam apud.Virg.5.Aeneid.
Pholoeticus.a um.res ad Pholoen pertinens.
Pholus, vnus fuit è Centauris Ixionis & Nubis filius.
Phorbæ,opp.est Macedoniæ mediterraneum.
Phorbantia,ins.est prope Siciliam.Ptol.
Phorbas, Triopæ,filius pater Ilionei Troiani.Seru.
Phorbium,promont.est Achaiæ.
Phorci,pop.sunt Libyæ interioris.
Phorcus,Neptuni filius rex fuit Corsicæ, & Sardiniæ insularum,quem in Deum marinum versum dixere.
Phoriani,locus Elidis in angusto situs.Steph.
Phorica,vicus Arcadiæ,gentile Phoricus.Steph.
Phoristæ,pop.sunt Asiæ mediterranei.Pom.lib.1.
Phormio,dux Crotoniata,Lacedæmonios bello Naualí vicit. (liaris.
Phormus, Syracusanus comicus, Geloni tyranno famis
Phorobrentatium, vrbs Libyæ, gentile Phorobrentanenus.Steph.
Phoroneus, Agiuorum rex fuit Inachi fluuij filius.
Phoroneus.a.um.vt Matres Phoroneæ.Sta.12.Thebai.
Phorontis,opp.est Cariæ conuentus Alabandici.Pli.5.
Phorusij,pop.sunt Mauritaniæ.
Phosphorion,portus quidam Bizantij.Steph. (Cic.
Phosphorus,veneris stella,quæ Latine Lucifer dicitur
Phragmon,nomen statuarij,& pictoris egregij.
Phraortes,rex Indorū, adquē peruenit,Apolonius Tyaneus.
Phrateria,opp.est Daciæ.Ptol. (neus.
Phreata,idest putei,ciui.est Cappadociæ.Ptol.
Phregenæ.arum. opp.est maritimum Hetruriæ, vnde Phregenates Vulg.Pali.
Phregnæ,abijsum ab eo quod est Phorgenæ,siue Fregenæ.
Phrestos,opp.est Thessaliæ.Strab. (næ.
Phricion,mons Locridis supra Thermopylas.Steph.
Phriconia,opp.est Aeolidis.Strab.lib.13.
Phryxa,vrbs Peloponnesi,Phæstus post appellata. Ste.
Phrugundiones,pop.sunt Sarmatiæ in Europa.Ptol.
Phruresum,mons est Mauritaniæ Cæsariensis.Ptol.
Phrurium,promont.est Cypri insulæ.Ptol.
Phrygia,regio minoris Asiæ,Phrygia Cecropis filia.
Phrygiæ,duæ feruntur maior & minor,quæ Epictetus dicitur.
Phrygia, locus est Oetæ, sic dictus quod Hercules in eo tostus,& exustus sit.Steph.
Phrygia,locus inter Bœotiam & Atticam.Steph.
Phryges,popu.Phrygiæ. Virg.Hac Phryges instarent
Phryx,flu.est qui Cariā à Phrygia diuidit. (nauibus.
Phryges sero sapiunt, prouerbium est, vide Erasm. in Prouerb.
Phryx plagis emendatur: proberbiū in seruili ingenio
Phrygi,pop.sunt in Epiro.Strab. (homines.
Phryne,nomen meretricis apud Athenas. Quint.lib.2.
Phrynicus, Atheniensis tragicus Thespiadis discipulus Suid. (ctionibus.Suid.
Phrynicus, Pithynicus sophista, scripsit de Atticis dis
Phryxus, filius fuit Athamantis & Nepheles. Helles frate Ouid.lib.7 Metam.
Phryxeus.a.um.Ouid. Phryxeaq; vellera poscunt.
Phryxi portus,iuxta fauces Ponti est.Steph

Phthembutis, ciuit. est metropolis Aegypti. Ptol. Vnde.
Phthembuthites nomos præfectura in eadem.
Phthia, portus est Ptolomæo in Aegypto.
Phthia, opp. est Thessaliæ Achillis patria. Seru.
Phthintia, ciui. est Siciliæ insulæ. Ptol. (lib. 9.
Phthiotis, regio est vna ex. 4. Thessaliæ partibus. Stra.
Phthiotæ, pop. sunt in eadem regione.
Phthius. a. ū. res ad eadē pertinēs, vt Phthius Achilles.
Phthioticus. a. um. Catul. deseritur Scyros linquunt. Phthiatica Tempe.
Phthiomachi, pop. sunt Macedoniæ.
Phthirophagi, pop. sunt iuxta Pōtū Euxinū. Str. li. 11.
Phuibagina, ciui. est Trocmorum in Galatia. Ptol.
Phulphinium, opp. est Dalmatiæ.
Phundusij, pop. sunt Germaniæ magnæ. Ptol.
Phuphagena, ciui. est Armeniæ minoris. Ptol.
Phurnita, vrbs Libyæ, ciues Phurnitani. Steph.
Phusca, ciui. est Cariæ in Pelago Rhodiensi. Ptol. Vul.
Phusiana, ciui. est Assyriæ. Ptol. (Fisco.
Phusipara, ciui. est Armeniæ minoris. Ptol.
Phuth, fluuius est Mauritaniæ.
Phuth. Chamæ fuit filius filij Noe.
Phuthei, pop. sunt Mauritaniæ. Ioseph.
Phycus, untis prom. est & castrum Cyrenaicæ. Ptol.
Phycussæ, insulæ Libyæ, insulares Phycussæi. Steph.
Phygela, ciui. est iuxta Pannoniā Ioniæ regionem. Ptol.
Phylæ, arum. insu. vna ex. 4. adiacens Aegyp. Plin. li. 5.
Phylace, opp. est Pieriæ in Macedonia. Ptol.
Phylacæi, pop. sunt mediterranei Macedoniæ.
Phylacensij, pop. sunt Asiæ propriæ dictæ. Ptol.
Phyla, vicus in tribu Oeneide tribulis Phylasius. Step.
Phylecusa, insu. in Tyrrheno mari, quæ hodie. Ischia.
Phyleus, vnus e ducibus Græcorum, qui ad Troiam venerunt. Hom.
Phyliri, Oceani fuit filia ex qua Saturnus Chironem suscepit, quia à marte Phyllirides dicitur.
Phyllis, regina Thracum Lycurgi regis filia. Ouid.
Phyllis, amnis Bithiniæ, à quo Phyllienses que dicuntur. Strab. & Steph.
Phyllis, regio Thraciæ apud Pangœum montem. Step.
Phyllodoce, nomen Nymphæ cuiusdā. Virg. 4 Georg.
Phyllus, vrbs Thessaliæ quā pecorosam vocat. Stat.
Phyrgentæ, pop. sunt in Peloponneso. Strab.
Phyrites, flu. est Ioniæ regis. Plin. lib. 5. c. 2.
Phyrra, opp. est Lyciæ. Plin.
Physca, ciui. est Mygdoniæ in Macedonia. Ptol.
Phryscella, opp. est Macedoniæ. Plin. lib. 4. c 10.

P ANTE I.

Piacularis, porta Romæ appellata ob quædam piacula quæ ibi fieri solebant.
Piacus, vrbs Siciliæ, ciues piaceni. Steph.
Piala, ciui. est Ponti Galatici in Cappadocia. Ptol.
Picenum, regio est Italiæ à Pico Martio dicta. Vulgo. Marca Danconi, o Anconitana.
Picenum, vocabulo Hetrusco simul & Aborigenum, dicitur Ancona. (Orig.
Picenum, lingua Hetrusca genus, sacrum dicitur. Ca in
Picentes, siue Picentini qui Picenum inhabitant. Cic.
Picens, entis. nomen gentile. Iuuen. Tunc Picens accipe dixit.
Picentinus. a. um. à Piceno. Mart. Picentina. Ceres.
Picenus. a. um. possessiuum, vt Picenus ager, pro regione Picens. Ciceron.
Picentini, pop. in Thuscia. Cat. in fragmentis. Orig.
Picentia, opp. inter Surrentum & Sylarum fluuios. Pli. Vul. Vicentia.
Picela, ciui. est Ciliciæ. Strab.
Piconia, fons ex quo aqua Auscia perducebatur.
Pictauia, quæ à Ptolemæo, Augustioritū vocatur, vrbs est antiquissima Galliæ Celticæ, cui præfuit Diuus Hilarius Episcopus.
Pictæ, arum. pop. fuit in Italia. Strab.
Pictones, pop. sunt Galliæ Aquitanicæ. Ptol. Vulg. Los de Poicton.
Pictonium, prom. est Galliæ Aquitanicæ. Ptol.
Pictoreus rex, trecentos annos vixit. Plin. lib. 7. c. 48.
Picumnus, Deus agrestis qui in sacris Romanis adhibebatur.
Picus, rex fuit Latinorum, in augurijs præstantissimus
Pida, ciui. est Ponti Galatici in Cappadocia. Ptol.
Pidosus, ins. est in ora Cariæ. Plin. lib. 5. c. 29.
Pidytes, vir fuit Percosius, ab Vlysse interfectus. Hom 7. Iliad.
Piengitæ, pop. sunt Sarmatiæ in Europa. Ptol.
Piephigi, pop. sunt Daciæ. Ptol.
Pieria, regio est Syriæ. Ptol.
Pieria, mons est Syriæ Antiochenæ. Ptol.
Pieria, regio est mediterranea Macedo. Plin. li. 4. c. 10.
Pieria, ciuitas & mons Bœotiæ, Musis sacer, quam primus Pierus Lini pater ædificauit.
Pieres, pop. sunt Macedoniæ finitimi. Plin. lib. 4 c. 10.
Pierus, mons est Thessaliæ. Plin. lib. 4. c. 8. (tatem
Pierides, Musæ dicuntur propter Pierij montis amœni
Pierides, quoq; à Pieria, regione Macedoniæ. Pero.
Pierius. a. um. adiect. vt Pierium Carmen. Ouid.
Pierius, pater. 9. puellarū quæ in Picas versæ sunt. Oui. lib. 5. Metam.
Pigaua, ciuitas est Mauritaniæ Cæsariensis. Ptol.
Pigelassus, vrbs Cariæ, gentile Pigelasseis. Steph.
Piginda, vicus Cariæ, incolæ Pingindeis. Stepæ,
Piginon, flu. est. Diod. lib. 5.
Pigres, Hallicarnasseus poeta, frater Artemisiæ. Suid.
Pignialion, Beli regis Tyri filius fuit Didonis frater.
Pigmalioneus. a. um. Sil. Pigmalioneis quondam per cærula terris.
Piguntia, Castellum est in Liburnia. Plin. lib. 3. c. 22.
Pilores, opp. est Cretæ mediterraneum. Plin. lib. 4.
Pilumnus, Iouis filius, qui primus stercandorum agrorum, & pinsendi frumenti vsum inuenit.
Pimpla, Thraciæ mons & locus Musis sacer. Str. li. 10
Pimpla, fons est ad radices montis Libethri in Macedonia. Strab. lib. 14.
Pimpla, non piplea, vnde Pimpleides Musæ dictæ sunt.
Pimpleides Musæ non Pipleides, vt Vulgo legitur.
Pimpleides, dicuntur propter liquioris eius fontis vnicam subtilitatem. (ab antro.
Pimplæus. a. ū. Mart. Cuius Pimplæo lyra clarior exit
Pinamys, vrbs Aegypti, gentile Pinantes. Steph.
Pinara, ins. est ante Aetoliam. Plin. lib. 4. c. 12.
Pinara, opp. est Lyciæ. Plin. lib. 5. c. 27.
Pinara, opp. est Pieriæ regionis Syriæ. Ptol.
Pineritæ, pop. sunt eiusdem Syriæ à Pinara.

Pinarus,

Pindus, flu. est in Cilicia regione. Plin. lib. 5. c. 27.
Pindarus, genere Thebanus Lyricorum apud Græcos princeps, temporibus Aeschyli poetæ.
Pindarus, alius fuit Ephesiorum tyrannus Aelia.
Pindaricus. a. um. Propert. Qualis Pindarico spiritus ore tonat.
Pindasus, mons est in Theutrania. Plin. lib. 5. c. 30.
Pindus, mons est celebris in Thessalia Lapitharũ sedes
Pindus, vrbs Thessaliæ, à Pindo monte Lapitharum sedes. Strab. lib. 9.
Pindus, quoq; mons est in Epiro. Pli. in præfatione. li. 4.
Pindus, flu. est Ciliciæ. Strab. lib. 14.
Pinetus, ciui. est in Hispania Tarraconensi. Ptol.
Pinna, ciui. est Vestinorum in Italia. Ptol. Vul. Citta di Penne en Abbruzzo.
Pinnenses, pop. Italiæ à Pinna. lib. 3. c. 12.
Pinquentum, opp. est Istriæ. Ptol. Vul. Pinquento.
Pinsium, palatium Romæ est ad Collatinam portam, quæ & ob id Pinsiana porta dicta est. Alexand. lib. 4. cap. 16.
Pintia, vel Pincia, ciui. est Hispaniæ. Ptol. lib. 2. c. 6. Hodie Vallis Oletana. Vul. Valladolid.
Pintia, ciui. est Siciliæ. Ptol.
Pinton, ins. est vna ex Cunicularijs Sardinia, & Corsica
Pintuaria, ins. est vna ex Canarijs.
Pinythus, nobilis Grammaticus, Romæ vna cum Epaphrodito liberto Neronis. Pausan.
Pion, mons est iuxta Ephesum. Pli. li. 5. c. 29. (sita est.
Piones, popu. in Mysia Asiæ, quæ supra Caicum amnem
Pioniæ, opp. est Theutraniæ. Plin. lib. 5. c. 30.
Pionitæ, pop. sunt Aeolidis regionis. Plin. lib. 5. c. 30.
Pipedimui, pop. Galliæ Aquitanicæ.
Piræa, ciui. est insignis Aminsus olim dicta. Strab. li. 12
Piresia, Thessaliæ ciui. olim Asterion dicta. Steph.
Piræus, portus est, & emporium Atheniensium. Paus. Vulg. Puerto Lion.
Pirheicus, egregius sculptor fuit in paruis imagunculis Propert. Pirheicus parua vendicat arte locum.
Pirithous, rex Lapitharum Ixionis ex nube coniuge filius. Ouid.
Piroboridana, ciui. est Mysiæ inferioris. Ptol.
Pirous, nomen herois cuiusdam. Hom. lib. 1. Iliad.
Pirum, opp. est Daciæ. Ptol.
Pirus, Lambrasi filius: rex Thracum à Thoante interfectus in bello Troiano. Hom. Iliad. 4.
Piruseæ, pop. sunt Dalmatiæ. Strab. 7.
Pisa, fons est in Peloponneso. Strab. lib. 8. (pisa.
Pisa, opp. est Elidis in Peloponneso. Ptol. quæ Olympia
Pisæ. arum. quæ & Pisa opp. est Hetruriæ in Italia.
Pisa Italiæ, à Pisæis in Peloponeso cõdita, quæ & Pisæ
Pisæus. a. um à Pisa Elidis. Luc. Pisea fleuit in aula.
Pisanus. a. um. à Pisis Italiæ. Luc. Pisanũ deinde finem.
Pisatilis, festo dicitur à pisis oriundus, citatq; Neuium.
Pisandrus Camireus, Eumolpi tempore, poeta antiquior Nesiodo. Suid. (ficator. Suid.
Pisandrus, Lycaonius sub Alexandro Mammeæ. versi-
Pisaurus, flumen est, & oppidum in Vmbria. Plin. li. 3. c. 14. Vul. Pesaro en Marca de Ancona.
Pisaurensis, e. à Pisauris. Plin. Cn. Pisaurense vendente.
Pisenæ. arum. opp. est prouinciæ Narbonensis. Plin.
Pisenor, vnus è Centauris Ixionis, & nubis filijs.

Piseus, Tyrrhenus qui æneam tubam inuenisse dicitur. Plin. lib. 7. c. 56.
Pisidia, regio est in Asia minori prope Ciliciam.
Pisidæ, arum. populus est Barbarus iuxta Aspendam & Ciliciam. Steph.
Pisinates, pop. Vmbriæ qui interierunt. Pli. lib. 3. c. 14.
Pisinda, opp. est Africæ inter Syrtes. Ptol.
Pisinda, ciuitas est Pamphyliæ. Ptol.
Pisindon, portus est Syrtis paruæ in Africa. Ptol.
Pisingara, ciuitas est Armeniæ minoris. Ptol.
Pisinoe, vna est Syrenarum.
Pisinus, opp. in Phrygia an Pessimus.
Pisis, vrbs, & mons Armeniæ, ciuis Pisideus. Steph.
Pisistratus, Atheniensis tyrannus clarus genere & eloquentia. Iustin. lib. 2. (à Suida.
Pisistratus alter, Larissæus historicus commemoratur
Pisistratus alius fuit filius Nestoris & Euridices.
Pisones, cognominati sunt quidam Romani nobiles.
Pisones dicti, quod optime Pisa sererent, sicut à lente Lentuli. (descendit.
Pisones è Calphurniorum prosapia fuere quæ à Numa
Pissyrus, vrbs est Thraciæ. Herod. lib. 7.
Pistorium, opp. est mediterraneum Tusciæ. Plin. lib. 3. cap. 4. Vul. Pistoia.
Pistorieses, à Pistorio, opp. Plau. Opus est Pistoriẽsibus
Pistra, vicus est Aethiopiæ sub Aegypto. Ptol.
Pistris, nomen nauis. Virg. lib. 5. Aeneid.
Pistris, sydus cœleste, quod Cetus & Pistrix dicitur.
Pisuertes, cognomine Pitulani, pop. Vmbriæ in Italia.
Pitaium, opp. est Cariæ. Plin. lib. 5. c. 29.
Pitane, op. est Laconiæ regionis, cuius incolæ Pitanatæ
Pitane, opp. est Aeolidis regionis. Plin. lib. 5. c. 30.
Pitane, ab Amazonibus condita. Diod. lib. 4.
Pitanei, & Pitanitæ dicuntur Petanes Aeolidis incolæ
Pitanus, flu. est Corsicæ insulæ. Ptol.
Pitaupolis, vrbs est Cariæ, gentile Pitaeis. Steph.
Pithecusa, ins. est in mari Tusco quæ & Inarime.
Pitheus, auus maternus Thesei qui cum Troezene regnauit, hinc Pytheis patronym.
Pithicon colpos, idest, Simiarum sinus, portus in Libya iuxta Carthaginem. Steph.
Pithinum, ciui. est Vmbrorum in Italia. Ptol.
Pitho, Dea quam Ennius Suadam, Quintilianus persuadendi Deam dicit.
Pithodemus, luctator egregius. Plin. lib. 34. c. 8.
Pitholion, ontis, Rhodius poeta triuialis & abiectus. Horat.
Pitnissa, vrbs Lycaoniæ, gentile Pitnissæus. Steph.
Pitonia, insula est prope Corcyram.
Pitulum, opp. fuit Latij quod interijt. Plin. lib. 3. c. 5.
Pitulani Pisuertes, pop. sunt Vmbriæ in Italia. Plin.
Pitulani Mergentini, pop. quoq; sunt Vmbriæ. Plin.
Pittacus, philosophus Mitylenæus vnus è sapientibus tempore Crœsi regis.
Pityca, vrbs inter Prarium, & Priapum. Steph.
Pityusæ, insulæ sunt in mari Baleariaco. Ptol.
Pityusa, insula est in sinu Argolico. Plin. lib. 4. 12.
Pityusa, prius dicta quæ postea Lampsacus. Steph.
Pityusa, insula prius dicta quæ postea Chios. Vul. Scio.

P ANTE L.

Place, vrbs Hellesponti, ciuis Placius. Steph.

Placentia, Colonia est Liguriæ ad Trebium amnē. Plin. lib. 3. c. 15. Vul. Placenza.
Placentinus. a. um. Cic. Memini Tincam Placentinum.
Plachiæ, ins. sunt prope Cretam. Plin. lib. 4. c. 12.
Placia, ciuitas est prope Cizycum Milesiorum. Pli. li. 5. cap. vltimo.
Placideianus, pictor apud Hor. 2. Serm. Satyr. 7.
Plactæ, insulæ sunt Homero auctore.
Pladaræi, popu. Septentrionales, gentile Pladareus vel Pladarites. Steph.
Planaria, insula est prope Corsicam sic à specie dicta.
Planasia, insula adiacens prouinciæ Narbon. Strab. li. 4.
Plancus, Romanus quidam qui Lugdunum condidit.
Planesia, insula est contra Dianium Hispaniæ oppidum Strabon.
Plangenses, pop. fuerunt in Vmbria. Plin. lib. 3. 14.
Plaræi, pop. Epiri. Steph.
Plarassa, vrbs Cariæ, gentile Plarassæus. Steph.
Platage, insula eadem quæ Patagæ. Vul. Mergone.
Platomodes, locus est in Peloponneso. Strab. lib. 8.
Plataniſtrum, opp. Pamphyliæ. Plin. lib. 5. c. 27.
Platanistus, untis. promont. est Elidis. Plin. lib. 4. c. 5.
Platanodes, Achaiæ promontorium.
Platanos, vrbs Phœniciæ, gentile Plantanæus. Steph.
Platea, insula est vna è Cycladibus quam postea Paron & Minoida appellarunt. Plin. Vul. Pario.
Platea, ins. est Africæ, opposita ad Cyrenē. Her. lib. 4.
Plateæ, ciuitas est Bœotiæ in Achaia. Strab. lib. 9.
Plateæ, ins. tres sunt contra Troadem. Plin. lib. 5. c. 31.
Plateęensis, à Plateis. Trog. lib. 3. Herod. lib. 7. & 8.
